



Arvernorum usque ad divertigium Rhodani fluvii. *epit. 10*
 nes Meduorum [aliàs Haduorum] habitat gens.

Et civitates eorum,

dunna [Castur^h].

m [Chatalannum, Challon.

m Metropolis [Lyon, alii lec

23	40.46	30
22	50.45	40
23	15.45	0

AE BELGICAE SITVS CAP. IX.

T bula tertia Europæ.

'e lat.

opt.

Belgicæ, & quod Lugdunensem attingit, dicitur
 lia, & qua Britannicum spectant Oceanum. sic A

4760

n - 5580

Iulius Solinus.

C. I V L I I S O L I N I

Polyhistor, siue rerum Orbis memorabilium Collectanea, partim ad uetustissimorum exemplarium fidem restituta, partim scholijs illustrata.

Autoris vita per Ioannem Camertem accuratè collecta, initioq; operis præfixa.

Accessit his Index omnium capitum ordine digestorum.



L V G D V N I

Apud Hæredes Simonis Vincentij.

R/ 7.116

IN NOMINE DOMINI AMEN

CLAUDELLI SOLIM

Ordinis Sacerdotum

Collectio

in

hunc

modum

scribitur

per Joannem Cantuariensem Archiepiscopum

collectio

in hunc modum

IN NOMINE

CIVILII SOLI NI VITA PER IOAN-

nem Camertem.



Va etate Iulius Solinus floruerit, nil certi à peritioribus proditum est. Id accidisse crediderim, quòd eorum monumenta qui post eum scripserunt, Barbaris cuncta uastantibus, ferè perierint uniuersa. Miror Chronicorum supplementi obscurum scriptorem aliàs, tradidisse hunc Solinum Augusti Caesaris floruisse temporibus, cui & πολυίσωρα dedicasse commemorat. Cõstat enim Solinum Vespasiani principis in hoc opere meminisse. Ex annorum autem inter utrūque Casarem computatione, euidentis est non potuisse Solinum opus suum Augusto dicasse, & Vespasiani Casari res gestas retulisse. Meminit præterea Solinus Suetonij Paulini, quem Plinius se uidisse testatur. Huc accedit, quòd ex Pliniano fonte Solinus hauserit fermè omnia: cum tamen scribens hæc, infantia suæ in operis Exordio, ueniam sibi dari postulet ab amico. Sed cum nusquam Plinij, per quem profecit, habuerit mentionem, suspicor uiuente adhuc Plinio opusculum hoc suum scripsisse Solinum. Hinc factū forsitan, ut uiuentis non meminerit auctoris. Consimili ratione potuit euenire, ne unquã Plinius Dioscoridis, nobilis eiusdem cum eo temporis scriptoris

A 2

ptoris

ptoris nomen recensuerit : cum constet tamen innumera ex eo in opus suū Pliniū trāstulisse. Eadē culpa poterit Dioscoridi imputari (nā uter ab utro surripuerit, apud Ammonē inueniri posset) si is oppressa Plinij mētiōe, tāta ex eo fuerit suffuratus. Qui de Xenophōtis, Platōisq; uita & moribus, pluraq; de iisdē alia exquisitissimè scripsere, tradūt nec Platonē Xenophōtis, nec cōtrā Xenophontem Platonis, cum esset uterq; Socratis discipulus, in tot utriusque uoluminibus inseruisse nomen.

Hi sunt inuidiæ nimirum, credite, mores,

Vt sua quàm rarus tempora lector amet.

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.

Vera Nasonis sentētia. Quid de Macrobio? qui integras sēpè paginas ex Gellio, de Placido? q̄ ex Seruio. Acrone? qui ex Porphyrione. Quid de sexcentis alijs, qui longas commētationes, suppressis unde sumpserint autoribus, ad uerbum sibi omnia tribuerunt? Nemo ambigit Aulum quoq; Gellium, latinæ linguæ delicias, Liuiana lectione plurimum profecisse, cum tamen T. Liuium Latinorum historicorum longè principem, suarum Noctium noluerit esse participem. Nec assentior quorundam opinioni, qui ea spe Solinum nullam habuisse Plinij mētionem existimant, ut Plinij exemplaria deperirent penitus, sicq; eius Collectanea extarent sola, nec procedente tempore ab illo possent sua furta dignosci. qua mēte Florus & Iustinus laborasse creduntur. Esset utinam tot bonorum autorum amissionis hæc sola caussa. Extarent hodie Catonis (ut Græcos interim missos faciam) Varronis, Nigidij, Sallustij, Hyginij, Celsi, Ennij, Farij, Varij, Actij, Neuij,

Nauij, Pacuuij, nobilium autorum monumenta, quæ magna studioſorum iactura perierunt. Vt cumq; factum ſit, teſtatur Solinus ingenuè, quicquid in Polyhiſtore complexus eſt, de Scripto-
ribus receptiſſimis emanasse, ſuumque nil proprium eſſe dicit, cum nihil (inquit) omiſerit antiquitatis dili-
gètia, quod intactum ad hoc uſque æui permaneret. Rur-
ſus conſtantiam ueritatis penes eos eſſe teſtatur, quos
in opere fuerit ipſe ſecutus. Nec dedecori Solino adſcribè-
dum, quod paſſim fuerit Plinium æmulatus: ſicut nec
Maroni dandum crimini, quod toties ueterum poetarum
Homeri præſertim uerſus in ſuum opus tranſtulerit. Non
enim parua uirtus eſt, autorè optimum optimè æmulari.
Fuiſſe Solinum Romanum, tum ex ſcribendi ſtylo conij-
citur: tum quòd frequèter, cum de Romanis mentio incidit,
eos is locis multis Noſtros ſoleat appellare. Solini auto-
ritate nedum recètiores ſcriptores, Sypōtinus Perottus.
Domitius Calderinus, Angelus Politianus, Hermolaus
Barbarus, Ianus Parrhaſius, iſq; alij plures, quos non
iniuria inter ueteres quis annumerarit, ſed Seruius 2.
Georg. & Priſcianus in vi. inſignes Gràmatici nomina-
tim etià uſi ſunt. Dionyſij quoq; interpres, ſiue is Priſcia-
nus fuerit, ſiue Rhēnius, integras Solini clauſulas ſuis car-
minibus frequèter inſeruit. Solini, ni fallor, ſunt oia q̄ de
annorum diuiſione, & diebus intercalaribus à Macrobio
ſunt r̄ lata. Doctores præterea eccleſiaſtici, D. Hierony-
mus, Ambroſius, Auguſtinus, itè doctiores alij, iſdè ferè
uerbis Solini ſepè ſunt ſententias mutuati. Sunt qui per-
inde Plinianam ſimiam Solinum nuncupant: quemadmo-
dum Titianum oratorum, Arulenum Stoicorum, Iulius

Capitolinus, Plinius Cæcilius, Sidonius Apollinaris simias nominatos fuisse tradunt. Sed hi nō aduertunt, eos per contumeliam simias appellari solitos, qui uel ab alijs prius tradita, eodē quoq; ordine referunt: uel non eos auctores, sed eorum umbram potius emulantur. Verum Solinus sic Plinianam phrasim emulatus est, ut (uenia dixerim aliorum) uix sit repertus alter, qui Pliniane maiestati propius accesserit. Inscrispsit librum hunc, ut in uetustis quibusdam exēplaribus inuenitur, Autio amico, cui et opus tradidit castigandum. Sunt qui alia sui ingenij monumēta reliquisse tradāt, que uel temporis iniuria perierunt, uel abstruso loco quopiam cum blattis forsitan delitescunt.

FINIS.

C. IULII SOLINI POLYHISTOR, SIVE RERVM
orbis memorabilium Collectanea.

SOLINVS AVTIO SVO S.

QVoniam quidam impatientius, potius quam studio
sius, opusculum quod moliebar, intercipere prope
rarunt, id' que etiam tum impolitum, prius in
medium dederunt, quam inchoatae rei summa manus impo
neretur: & nunc exemplaribus corruptis, quae damnata
sunt, quasi probata circumferunt, praeteritis quae ad incremē
tum cognitionis accesserunt cura longiore: ne forte rudis &
imperfecta materia, uelut spectatus à me liber, in manus
tuas deferretur, opusculum sententia mea digestum, ut nosce
res nisi. Primo, quod referendus ad industriam tuam fuit tenor
dispositionis: deinde, ut scabrae adhuc informitatis proditio,
editione uera extingueretur. Erit igitur operi isti titulus
POLYHISTOR. Nam quae in exordio designaueram, scilicet,
Collectanea rerum memorabilium, cum ijs quae improbauimus,
placuit obliterari. Collata igitur hac epistola cum ea
quae auspiciū scriptionis facit, intelligis eodem te loco habi
tum, quo eum cui laboris nostri summam dedicauimus.

SCHOLIA.

VT de ipso autore aliquid in medium proferamus, locus pla
ne uidetur exigere, in ipso adeo operis ipsius limine. Itaque
quo tempore Solinus uixerit, incertum est. Quidam autem
mant eum ante Plinium uixisse, Pliniumque sua, praesertim de ani
malibus, ex Solino sumpsisse, quod tamen Hermolaus Barb. negat,
eundem cum Martiano Capella ingratitude in Plinium excu
sens,

sans, quod eidem non referant accepta, que ab ipso uterque didi-
cerit. Certum est autem uixisse Plinium temporibus Vespasiani, cui
opus suum Naturalis Historiæ dicauit Sequitur ergo ex Hermolai
sententia, Solinum post Vespasianum & Plinium uixisse. Verba
Hermolai Barbari require lib. 5. cap. 7. Plin. j. Sed non alienum quo-
q; fuerit, Ioachimi Vadiani uiri doctissimi de Solino sententiam
hoc loco subiungere. Is igitur in Commentarijs suis in Pomp. Me-
lam, in dictione Taurus: Nemo, inquit, de Tauro copiosius, elegan-
tiusq; Plinio: quem legito, & simiam eius Solinum, in Cilicię descri-
ptione: nam et hic autor lectu dignissimus est: non tam quod rerum
illustrium breue traxit e Plinio compendium, q̄ quod emunctæ
phrasıs, & appositæ in hoc scribendi genere dictionis autor est. Nã
res pleręque omnes quas tractat, Plin. j. laboribus debentur. Hæc
ille. Quoniam.) Immaturam libelli editionē excusat: quo a sui per-
peram studiosis quibusdam, se ignorante, nec dum editionem cogi-
tante (extrema scilicet manu nondum illi addita) interceptus in pu-
blicum prodierit, unde & retractandum sibi illum, & emendatiorem
fuisse edendum ait, ne rude & indigestum adhuc opus pro spectato
se se & absoluto passim uendicaret. Impatientius q̄ studiosius.) For-
mula loquendi Curtio familiaris. Informitatis.) Verusta alia
quot exemplaria habent. Informationis, sed melior uides
detur hæc lectio. Polyhistor,) quasi dicas, multarum
rerum memorabilium commentarius. Quæ
improbauimus.) Alibi legitur, Quæ pro-
bauimus: quod magis placet.

C. IVLII SOLINI IN
POLYHISTORA PRÆFATIO,
ad Autium Suum.



Vm & aurium clementia, & optima-
rum artium studijs præstare te cate-
ris sentiam, idq; oppidò expertus,
de beneuolentia tua nihil temerè per-
ceperim, putauit examen opusculi hu-
ius tibi potissimum dare, cuius uel industria promptius
suffragium, uel benignitas ueniam spondebat faciliorem.

Liber

Liber est ad cōpēdiū præparatus, quātūq; ratio passa est, ita moderatè repressus, ut nec prodiga sit in eo copia, nec dānosa cōcinnitas. Cui si animū propius intenderis, uelut fermētū cognitiōis magis ei inesse, quàm bracteas eloquētiæ deprehēdes. Exquisitis enim aliquot uoluminibus, stuiduisse me cōpēdio fateor, ut & à notioribus pedē referrem, & remotis longius immorarer. Locorū cōmemoratio plurimū tenet, in quā partē fermè inclinatio est uniuersa materies. Quorū cōmeminisse ita uisum est, ut inclytos terrarum situs, & insignes tractus maris, seruata orbis distinctione, suo quæque ordine redderemus. Inseruimus etiam pleraque differēter congruentia, ut si nihil aliud, saltē uarietas ipsa legētū fastidio mēderetur. Inter hæc hominū, & aliorū aīaliū naturas expressim⁹. Addita sunt pauca de arboribus & lapidibus exoticis, de extimarū gētiū formis, de ritu dissono abditarū nationū: nonnulla etiā memoratu digna, quæ prætermittere icuriosum uidebatur, quorūq; autoritas (quod in primis industrie tuæ insinuatū uelim) de scriptoribus manat receptissimis. Quid enim propriū nostrū esse poterit, cū nihil omiserit antiquitatis diligētia, quod intactū ad hoc usque aui perseueret? Quapropter quæso te, ne de præsentī tēpore editionis huius fidē liberes: quādo quidē uestigia monetæ ueteris persecuti, opiniones uniuersas eligere maluimus potius, quàm innouare. Itaq; si qua ex istis secus quàm opto in animū tuū uenerint, des uelim infantia meæ ueniā. Nā cōstātia ueritatis penes eos est, quos secuti sum⁹. Sicut ergo ij qui corporū formas æmulantur, postpositis quæ reliqua sunt, ante oīa effigiāt modū capitis, nec in alia mēbra

prius lineas destinant, quàm ab ipsa (ut ita dixerim) figurarum arce auspiciam faciant inchoandi: ita nos quoque à capite orbis, id est, ab urbe Roma principium capessimus, quàmuis nihil super ea doctissimi auctores reliquerint, quod in nouum præconiū possit suscitari, ac superuacaneum penè sit, relegere tramitè decursum tot annalibus. Ne tamen prorsus dissimulata sit, originè eius, quanta ualeamus prosequemur fide.

SCHOLIA.

Hic admonendū uidetur, exemplaria multū uariare in Præfationis huius inscriptione: alijs quidè Autij nomē, cui librū nūcupauit præferentibus: alijs planè omittentibus, solo Præfationis titulo appposito. Rursum in alijs pro Autio, Aduētum, & Auēstinum legimus, quæ ideo hic cōmemoranda duximus, ut quanta in reliquis, quod ad diligentem ueterum exemplarium collationem attinet, induitria usi simus, Lectori constaret. Alioqui de inscriptione, cū nihil uel de ipso etiā autore certi extet, nimis curiosum esse, ridiculum fuerit. Cæterum in præfatione hac institutum suum ac totius operis argumentum exponit. Cum & aurium.) Beneuolentiam captat. Liber est. (Attentio, cum docilitate. Bracteas.) Metaphora ab auri bracteis, unde bracteatum opus, & bractearis, & ars bractearia dicitur, sic autem uocat uerborum ornatum, & fucum orationis. Fermētum cog.) materiam, seu mixturam, qua rerum cognitio augeatur: trāslatio alienior paulo. Ei ineffe.) Alias, eū esse. Exquisitis.) id est, selectis. Sic Plin. Exquisitis autoribus cētum, inclusimus triginta sex uoluminibus. Varietas.) Hæc enim rerum omnium cōdimētū etiam prouerbio dicitur. Exoticis.) peregrinis. Sic Plautus exotica unguenta dixit. De scriptoribus.) Alia scriptoribus. Antiquitatis diligen.) Idem Plin. li. 23. C. 6. Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquere. et li. 25. c. ii. Nihil ergo intentatum, in expertumque illis fuit: nihil deinde occultatum, quod non prodesse posteris uellent. Libres.) expendas. eadē metaphora dixit, qua prius Examen. Veilig. uet. monetæ.) id est, priscorum auctoritati innitētes. metaph. Sicut ergo.) Ratio. quare ab urbe Roma, quā aliunde incipere maluerit. A cap. orbis.) Ouid. Fañor. 5.

Hic ubi nunc Roma est, orbis caput. &c.

& Plin. terrarum caput uocat Romam. lib. 3. C. 5. In nouum præconiū.) Alia nouum uel ignotum præconiū. Releg. tram. dec.) hoc

dic. Hoc est, repetere quæ de urbe Roma omnibus partim anterie
bus celebrata sunt, Verg. Littoraq; Epiri legimus, De annalibus quod
ab historia differant, uide apud Gell. 5. lib. c. 18.

DE ORIGINE VRBIS ROMÆ.

CAPVT I.



Vnt qui uideri uelint Romæ uocabulū
ab Euandro primam datum, cū oppidū
ibi offendisset, quod extructum antea
Valētiam dixerat iuuentus Latina, ser-
uata que significatione impositi prius
nominis, ῥώμην græcè, Valentiā nominatam: quam Arca-
des quoniam in excelsa parte montis habitassent, deriva-
tum deinceps, ut tutissima urbiū Arces uocarētur. Hera-
clidi placet Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca
ubi nūc Roma est, deuenisse per Tyberim: deinde suaden-
te Rome nobilissima captiuarum, quæ his comes erat, in-
censis nauibus posuisse sedes, struxisse mœnia, et oppi-
dum ab ea Romen uocauisse. Agathocles scribit, Romen
non captiuam fuisse, ut suprā dictum est, sed A scanio na-
tā, Æneæ neptem, appellationibus istius causam fuisse.
Traditur etiam proprium Romæ nomen, ueruntamen ue-
titum publicari: quandoquidem quo minus enunciaren-
tur ceremoniarum arcana, sanxerunt, ut hoc pacto notis-
tiam eius aboleret fides placite taciturnitatis. Valerium
denique Soranum, quod contra interdictum eloqui id au-
sus foret, ob meritum profanæ uocis neci datum. Inter an-
tiquissimas sanè religiones sacellum colitur Angerone,
cui sacrificatur ante diem duodecimum calendarū Ianua-
riarum, quæ diua præsul silentij ipsius, prænexo obsigna-
toq; ore simulacrum habet.

Scholia.

VRbis Romæ. uocab.) Multa de urbis Romæ nomine Plutar-
ch. in Romuli uita, & Dionys. Halicarnassens lib. 1. Ab Euā-
dro.) De hoc antiquissimo Arcadiæ primum, post uerò Ita-
liæ rege, uide Verg. Aen. 8. Ouid. fast. 1. Iustin. lib. 45. Liuiū Decad. 1.
lib. 1. Extructū antea.) Halicarnassæus, Dionysius Euandrum ait
primum extruxisse. Romen. robur ac potentiam Græcis signifi-
cat. Quam Arcades.) M. Varro de Ling. lat. lib. 1. ab arcendo di-
ctam esse arcē inquit, eo quòd hostes ab impetu arceat ac detereat.
Quoniā.) Quom legendū, ex uertustis exemplaribus, nō Quoniam,
Rome nobil. ff.) De hoc Fab. Pictor & C. Sempronius Cap. 6. Vi-
de etiam Plutarch. de uirtutibus mulierum. Proprium Rome no-
men.) Plin. lib. 3. C. 5. & lib. 28. C. 2. Plutarch. Problemat. 60. Macro-
bi. Satur. 3. C. 9. Sempronius, de diuisione Italiæ. Veruntamen ueris-
simum.) Veteres aliquot codices melius habent: Romæ nomē, uerum
magis, quod nunquam in uulgum uenit, sed uetitum publicari, quā-
do quidem quo minus enunciaretur, &c. Sacellum colitur.) in
templo Volupie. Angeronæ.) De hac dea Plin. lib. 3. C. 5. Macro-
bi. Satur. 1. C. 10. Dictam uolūt, quod angores & animi curas propitiata
depellat, siue quia anginae morbo mederi inuocata credebatur.
Obfignatoq; ore, Obfignationis huius causam assignat Macro-
bi. loco iam citato. Vide & Proverb. apud Eras. Digito compesce label-
lum, pro eo autem quod hic legimus, Silentij ipsius: uetusti codices
habent, Silētij istius, ut ad silendum urbis nomen referri possit, quasi
ei arcano celando præesse hæc Dea credita sit.

DE CONSECRATIONE VRBIS,

Caput II.

DE temporibus Urbis condite, ambiguitatum quæ-
stiones excitauit, quòd quædā ibi multò ante Ro-
mulum condita sint. Quippe aram Hercules, quam uo-
uerat si amissas boues reperisset, punito Caco, patri in-
uentori dicauit. Qui Cacus habitauit locum, cui Salinae
nomē est: ubi Trigemina nunc porta. Hic (ut Coelius tra-
dit) cum à Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus uene-
rat

rat Marsyæ regis, socio Megale Phryge, custodiae foret
 datus, frustratus uincula, unde uenerat redijt, & præsi-
 dijs amplioribus occupato circa Vulturum & Capaniã
 regno, dum etiam ea atrectare auderet, quæ concesserãt
 in Arcadum iura, duce Hercule, qui tunc fortè aderat, op-
 pressus est: & Megalen Sabini receperunt, disciplinam
 augurandi ab eo edocti. Suo quoque numini idẽ Hercules
 instituit aram, quæ maxima apud pontifices habetur, cū
 se ex Nicostrate Euandri matre, quæ à uaticinio Carmen-
 tis dicta est, immortalẽ cõperisset. Cõseptum etiã, intra
 quod ritus sacrorũ, factis Bouicidijs, docuit Potitios. Sa-
 cellum Herculis in foro Boario est, in quo argumenta cõ-
 uiuij læsæ maiestatis ipsius remanent. Nam diuinitus illò
 neque canibus, neque muscis ingressus est. Etenim cum ui-
 scerationem sacrificij libaret, Myagrũ deũ dicitur impre-
 catus: clauam uerò in aditu reliquisse, cuius olfactu refu-
 gerẽt canes: id usq; nũc durat. Adẽ etiã, quæ Saturni æra-
 rium fertur, comites eius cõdiderunt in honorẽ Saturni,
 quẽ cultorẽ regionis illius cognouerant extitisse. Item &
 mōtẽ Capitolinũ, Saturniũ nominauerũt. Castellum quoq;
 quod excitauerãt, portã Saturniã appellauerũt, quæ post
 ea Pandana uocata est. Pars autẽ infima Capitolini mō-
 tis, habitaculũ Carmentæ fuit, ubi Carmētis nũc sanũ est,
 à qua Carmentali portæ nomen datum est. Palatium ue-
 rò nemo dubitauerit quin Arcades habeat autores, à qui-
 bus primum Palanteum oppidum conditum: quod aliquã
 diu Aborigines habitauerunt, sed propter incommodum ui-
 cinæ paludis, quam præterfluens Tyberis fecerat, profe-
 ri Reate postmodum reliquerunt. Sunt qui uelint à ba-
 latibus

latibus ouiu, mutata litera, uel à Pale pastorali Dea, aut
 (ut Silenus probat) à Palante Hyperborei filia, quã Her-
 cules ibi compressisse uisus est, nomẽ monti adoptatũ. Sed
 quanquã ista sic congruant, palãm est prosp̃ero illi augu-
 rio deberi gloriam Romani nominis, maximẽ cum anno-
 rum ratio faciat cardinẽ ueritati. Nam, ut affirmat Var-
 ro, autor diligētissimus, Romã condidit Romulus Marte
 genitus & Rhea Syluia: uel ut nonnulli, Marte & Ilia.
 Dicta q̃; primũ est Roma quadrata, quod ad æquilibriũ
 foret posita. Et incipit à sylua, quæ est in area Apollinis,
 & ad superciliũ scalarũ Caci habet terminum, ubi tugu-
 rium fuit Faustuli. Ibi Romulus mansitauit, qui auspica-
 tõ murorũ fundamẽta iecit duodeuiginti natus annos, un-
 decimo Calẽd. Maias, hora post secũdã ante tertiã: sicut
 Lucius Taruntius prodidit, mathematicorũ nobilissimus,
 Ioue in piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in
 scorpione, Sole in tauro, Luna in libra cõstitutis. Et ob-
 seruatũ deinceps, ne qua hostia Parilibus cæderetur, ut
 dies iste à sanguine purus esset. Cuius significationem de
 partu Ilia tractã uolũt. Itẽ Romulus regnauit annos se-
 ptẽ & triginta. De Ceninẽsibus egit primũ triũphũ, &
 Acroni regi eorũ detraxit spolia, quæ Ioui Feretrio pri-
 mus suspēdit, & opima dixit. Rursum de Antennatibus
 triũphauit, de Veiẽtibus postremò. Apud Capræ paludẽ
 nonis Quintilibus apparere desijt. Cæteri reges, quibus
 locis habitauerint, dicemus. Tatius in arce, ubi nũc ædes
 est Iunonis Monetæ: qui anno quinto, post quã ingres-
 sus urbẽ fuerat, à Laurẽtibus interẽptus, septima & uice-
 sima Olympiade hominẽ exiit. Numa in colle primũ Qui-
 rinali,

rinali, deinde propter eadē Vestā in regia, quæ adhuc ita
 appellatur: qui regnavit annis tribus & quadraginta, se-
 puitus sub Ianiculo. Tullus Hostilius in Velia, ubi postea
 Deūm Penatū ædes facta est: qui regnavit annos duos &
 triginta, obiit Olympiade quinta & trigesima. Ancus Mar-
 tius in summa sacra via, ubi ædes Lariū est: qui regnavit
 annos quatuor & viginti, obiit Olympiade prima & qua-
 dragesima. Tarquinius Priscus ad Mugoniā portā, supra
 summā novā viā, qui regnavit annis septē & triginta. Ser-
 vius Tullius Æsquilij supra clium Urbicū, qui regna-
 vit annos duos & quadraginta. Tarquinius superbus, &
 ipse Æsquilij supra cliū Pulliū, ad Fagutalē lacū, qui
 regnavit annos quinq̄ue & viginti. Cincio Romā duodeci-
 ma Olympiade placet cōditā, Pictori octava, Nepoti &
 Lucretio opinionē Eratosthenis & Apollodori cōprobā-
 tibus, Olympiadis septimæ anno secūdo. Pōponio Attico,
 & M. Tullio, Olympiadis sextæ anno tercio. Collatis igi-
 tur nostris & Græcorū tēporibus, invenimus incipiēte Olym-
 piade septima Romā cōditā, anno post illū capiū quadrī-
 gē.esimo tercio. Quippe certamē Olympicū, quod Hercu-
 les in honorē atavi materni Pelopis ediderat, intermissum,
 Iphiclus filius eius instauravit post excidium Troiæ anno
 quadringētesimo octavo. Ergo ab Iphiclo numeratur
 Olympias prima. Ita sex medijs Olympiadibus iteriectis,
 quib⁹ singulis anni quaterni imputantur, cū septima cœptate
 Romā cōdita sit, inter exortū urbis, & Troiā captā, iure
 esse c c c c. annos & . x x x i i i . cōstat. Huic argumēto id
 accedit, quòd cū Cai⁹ Pōpei⁹ Gall⁹, & Qui⁹ Verāni⁹, ur-
 bis cōditæ anno octingētesimo primo fuerūt consules, con-
 sulatu

sulatu eorū Olympias septima & ducentesima actis pu-
blicis annotata est. Quater ergo multiplicatis sex & du-
centis Olympiadibus, erunt anni octingenti uigintiqua-
tuor, quibus de septima Olympiade annectendus est pri-
mus annus, ut in solidum colligatur anni octingenti uigin-
tiquinque. Ex qua summa detractis uiginti annis & qua-
tuor, Olympiadum retro sex, manifeste anni octingenti
& unus reliq̄ fiēt. Quapropter cū octingentesimo primo
anno urbis conditæ ducentesima septima Olympias com-
putetur, par est Romā septimæ Olympiadis anno primo
credi conditam. In qua regnatum est annis ducentis qua-
draginta uno. Decemuiri creati anno trecentesimo se-
cūdo. Primum Punicum bellum anno quadringentesimo
octogesimo nono. Secundum, anno quingentesimo trice-
simo quinto. Tertiū, sexcentesimo quarto. Sociale sexcen-
tesimo sexagesimo secundo. Ad Hircium, & Caium Pan-
sam consules anni septingenti & decem. Quorum con-
sulatu Caesar Augustus cōsul creatus est, octauumdecimū
annum agens, qui principatum ita ingressus est, ut uigi-
lātia eius non modò securum, uerum etiam tutum imperiū
esset. Quod tēpus fermè solū repertū est, quo plurimū &
arma cessauerūt, & ingenia floruerūt, scilicet ne inerti
iustitio languerēt uirtutis opera, bellis quiescentibus.

SCHOLIA.

HOc caput alij cū superiore connectunt. Condita.) Alias legi-
tur, culta sint, &, Quippe ante aram, &c. Punito Caco.) De
hoc Ouid. Fastor. t. Verg. Aeneid. 8. Liu. dec. t. lib. 1. Strabo
lib. 5. licet fabulosa esse dicat. De ara etiā Herculis, quæ Maxima
dicta est, Macrobi. Satur. C. 6. Salinē) Locus fuit Romæ, ad por-
tam Trigemina. Patri inuentori.) hoc est Ioui, qui inuentor dis-
ctus, de quo Dionys. Halicarnass. lege. Tergemina nunc port.) Ab
Horatijs tergeminis, qui hac, cum Curiatijs pugnaturi, egressi
sunt. Vide

sunt. Vide Liu. lib. j. ab vrb. cond. Cælius.) Vetusti cod. Gellius habent, & citatur sane à Plinio sæpissime Cn. Gellius. Tarchone.) Tarconte alij. Venerat Mars.) Alij, missu Martiæ regis, Alij, iussu. Et, socio Megalo Phrygi. Vnde venerat redijt.) Vetusti cod. Et vnde venerat redux, præfidijs: &c. Cæterum hic Martias dux Lydorum fuit. Plin. lib. tertio C. 12. Seruius scribit eum aulicum, & familiarem Euandro fuisse, Megalum autem Caco, vt patet. Carmen tis dicta, quod carmine futura prædiceret. Ouid. Fastor. j. Ipsa mone, quæ nomen habes a carmine dictum: &c. Ab hac Carmetalia sacra, & armentalis porta Rome appellata, multa de hac Diodo. lib. v. & Dionys. lib. j. Auderet.) Alij, audet. Bouicidij.) A bouicida bouicidium dicitur, ut a parricida parricidium. meminit huius & Liu. lib. 1. & Fenestella ca. 2. vbi multa de Potitijs & Pinarijs, erant enim familie, quibus ab Hercule eius sacrificia commissa fuerant, quarum tamen altera ob negligentiam reiecta est. Pro potitios, veteres aliquot codices Potitius legunt, & subiungunt: Hoc sacellum Herculis in Boario foro est, in quo argumenta & conuiuij, & maifestatis ipsius remanent, nam diuinitus neque muscis illo, neque canibus ingressus est. Idem vero testatur etiam Plin. lib. 10. C. 28.

Sacrificij libaret.) Vet. cod. Sacrificulis daret. Sic Liui. Et populo visceratio data est a M. Flauio in funere matris &c. Myagrū.) quasi dicas, muscis capiendis præsidem, quem deum Plin. loco iam citato Achorem lib. autem. 29. C. 6. Myodem vocat. Saturni ærarium.) de Saturni æde, populi Ro. ærario a Publicola constituta, vide Plutarch. in eiusdem vita, & Problem. 41. Macrobi. Satur. l. C. 8. Cultorē reg. ill.) hinc & Saturniā & Latiū dictū tradūt. Oui, Fas. 1.

Hac ego Saturnum memini tellure receptum,

Cœlitibus regnis ab Ioue pulsus erat.

Inde diu genu mansit Saturnia nomen,

Dicta fuit Latium terra latente deo.

Item &.) Al. idem & Saturnium.) Iq̄q̄ ante Herculis in Italiā aduentum, vt testatur Iustin. lib. 43. & Dionys. lib. 1. Post. Pand. vocata,.) Alij, postmodum Pandana vocitata est. Pandana autem.) vt Festus ait, quod semper pateret. Pars autem.) Al. pars etiam. Palanteum.) quod Pallantium, & Palantia, Dionysio & Liuiō, plura etiā Varro lib. 4. Et Vergilius 8. Aeneid.

Arcades his oris, genus à Pallante profectum,

Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,

Delegere locum, & posuere in montibus urbem,

Pallantis proau de nomine Pallanteum.

Aborigines.) Primi Italiæ cultores, Vmbrorum proles, quorum reges Saturnus & Faunus memorantur, autor Cato in Originibus. dicti, quod ab his qui post fuerunt, originem duxerint, multa de his

B

Dionys.

Lugodinum [Hanc existimat Stoflerinus esse bodie Traiectum, vulgo Vtrich.

Dionys. lib. i. Antiq. Ro. Tyberis.) donec factis Vertumno sacris
in alveum suum verteretur, vt Fab. Pictor scriptum reliquit:

Reate.) Sabinorū vrbs. A balatib. Hinc Næuius Balatiū ap-
pellauit, teste Varrone. Pale.) cuius sacra Palilia dicebantur
Verg. in Georg. Te quoq; magna Pales. Palante.) Fest. Pompo:
Palanto eā vocat. Augur.) XII. vulturū scilicet, quorū auguriosu
perato Remo fratre Romulus nomē vrbi imposuit, vt Dion. Liu:
& Oui. in fastis: Rea Syl.) Eadē alijs etiā illa dicta est, de qua mul-
ta Eutr. & Orosius, præter Cæteros. Ro. quadrata.) ΤΕΤΡΑΓΩ-
ΝΟ Plutarcho, vide Fab. Pictorem lib. 2. item Sempron. & Catonē
in Originibus. P. Victor quadratam Ro. in. 10. vrbs regione ponit

Area Apollinis.) de hac Beroal. in. 1. Eleg. Proper. libri quarti
Tugur. Faust.) de hoc, & Romuli casa, Dionys. & Sēpron. XI.
Calend.) Vide Ouid. Fastor. 4. Dionys. & Sempron. & Plutar. in
Rom. vbi & de Taruntio. Hora post secū.) Vet. cod. Horam post
secundā. Ioue in piscib.) Locū hunc Solini falsum esse satis indi-
cat, quod fieri nulla ratione potest, vt Sole in Tauro existēte, Mer-
curius aut Venus in scorpione sint. Causa est, qđ Plinij autoritate
c. 17. libri 2, Veneris stella nunq̄ longius 47. partibus, Mercurius au-
tem nunq̄ longius. 20. partibus a Sole abscedāt. Dato igitur, quod
in Scorpione tñ fuerint: consequens erit, vt Soli possint opponi.
quod nulla profus ratione posse cōtingere, verba Plinij & Astro-
nomorū autoritas abūde cōfirmat. Quantū aut ad habitudinē atti-
net Planetarū, Iupiter in piscibus ppria domo statutus, loco sumo
mā in rebus spūalibus autoritatē, & sacrorū ceremoniarūq; pecu-
liarē diligentia indidit. Plura vide in cōmentarijs Vadiani sup Pō-
po. Mel. lib. 2. Parilib.) Plutarchus & Festus dicta Parilia, quæ &
Palilia, tradūt, quod pro partu pecoris a pastoribus celebrari sole-
rent. de his Ouid. Fast. 4. A sanguine Purus.) Idē Varro. vii. &
xxx.) Plutarch. 4, & 50. annos natū, 38 sui regni anno è vita migra-
se ait. Ceninensib.) Fuere hi ex Sabinis, Latio finitimi, qui vna
cū Crustuminijs & Antennatib. ob raptarū contumeliā primi con-
tra Ro. arma sumpserūt. Io. Feretrio.) de hoc Iouis cognomine
Plutar. in Marcello & Romulo, & Proper. li. 4. Opima.) sic dice-
bantur pprie, quæ dux duci detraxisset. vide Varronē, & Alex. ab
Alex. lib. Genial. dierum, 1. De Veient. postremo.) Vet. cod. pro
Postremo habent Tertio. Capreæ palud.) Ouid. Fast. 1.

Est locus, autiqui Capreæ dixere paludem.

quo loco & de Romuli apotheosi, & lib. Metamorph. 14.

Nouis Quintilib.) eā diē Plutarch. in Romuli vita, vulgi fugā, &
Nonas Capratinas appellari tradit, Idemq; in Numa repetit, De
morte aut Romuli dissentiūt autores, lege Liuiū, Dionys. Plutarch.
D. August. de Ciuit. dei: lib. 3, c. 15. Tatius.) Sabinorū rex. Iun.

Moneta.

Monetæ,) a monendo dictæ, vt Cic. de diuin. lib. 1. **A Laurent.**
interempt.) de hoc Liu. Dionys Plutar. vij. & xx. Olymp.) Cora
ruptus est hic locus, quæ ex Dionys. restituas licet. Obijt em Tacius
regni Romuli anno 28. Olympiadis autẽ tertix decimæ anno. 4.
Numa,) de hoc Plutar. in eius vita, Dionys. lib. 2. Flor. lib. 1. c. 2.
Aedẽ Vestę.) Ouid. Fast. 6.

Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ;

Tunc erat intonsi regia magna Numæ.

Sub Ianic.) Idẽ Dion. de Ianiculo aut Ovi. Fas. 1. sub Iani psona;

Arx mea Collis erat, quem vulgus nomine nostro

Nuncupat, hæc ætas Ianiculumq; vocat.

Tull. Rost.) 3. Rom. rex, de quo Liu. lib. 1. Dion. 3. Plutar. in Nus
ma. Flor. 1. c. 3. **Velia.**) Cato de Origin. Velliã uocat, alterã Palatia
ni partẽ, a vellẽda lana. Idẽ Var. lib. 4. & Fab. Pictor lib. 2. Verum
ex Liuio, In Cœlio forte legendũ est. V. & xxx.) Vet. cod. V. &
xl. **Anc. Mar.**) 4. Rom. rex, Numę nepos. Flor. c. 4. primi. Sa
cra via.) a sacro fœdere inter Rom. & Tatiũ in ea icto, vt Dionys. &
Fest. Olymp. 1. & XL.) Vet. cod. 1. & L. **Tarquin. Prif.** 5 Roma
rex, de quo Plut. in Publicola. Flor. 5. 1. & alij. **Mugoniã.**) Mugio
niã uocat Fest. alio nomine, Trigonia; Ser. Tul.) Dion. lib. 4. Plu
36. c. 27. Flor. 6. 1. **Aesquilijs.**) Idẽ Liu. dictus est hic mons alias
Septiceps, & **Cespius.** **Vrbicũ.**) Olbicũ alij. Duas & quadrag.)
Vet. co. duas & triginta. Liu. vero, & Dion. annos. 44 hñt. **Tarq.**
Sũp.) Supbus ex factis, vt Liu. ait, dictus, vltimus fuit Ro. rex, de q
Plut. in Pub. Liu. 1. & 2. ab vrb. cõd. Flor. c. 7. 1. **Ovi. Fast. 2.** **Pula
liũ.**) Alij **Publiũ,** & **Fagutalẽ lucũ,** **Fagutal** aut; fagis cõstitus locus.
vnde Iouis **Fagutalis** sacellum. **Cincio Ro.**) De vrbis natiuitatẽ
Sempron. eadẽ quẽ hic **Solin.** vt inde trãscripta videãtur. **Cert.**
Olympicũ.) **Iphitus Braxonidis,** vt ait **Eusebius,** & **Hemonis** filius
fuit: quem **Iphiclum** alij vocant, is primã Olympiada instituit, ac
Olympicum certamen instaurauit; de quo **Diod. lib. 6.** **Strab. lib. 8.**
Stat. Thebaid. 6. & eodem loco **Lactan. C. Pomp. Gallus.**) Horum
consulum meminit **Tacit. lib. 12.** In qua regnatum.) Annos res
gum & consulum ad usq; tempora Cæsaris supputat **Florus** quoq;
in **Epit. Ruff. Festus** de Ro. Imperij accessione, & præter cæteros di
ligētiss. **Eusebius.** Porro pro eo quod in alijs legebatur, **Annis** ducẽ
tis **quadraginta vno,** expresse in **verer. cod.** legimus **quadraginta**
tribus, atq; ita corrigendũ hunc locũ etiã ex **Liuio & Dionys.** satis
apparet. **Decemviri**) Liu. li. 3. anno vrbis conditæ **trecentesimo**
altero creatos **Decemuiros** tradit. **Primũ Punicũ.**) De hoc præ
ter alios **Gell. lib. 17. cap. vlt.** vbi annum **490** numerat. **Veteres** ali
quot **codices 390.** tantum, non **400** habent. **Secundum.**) apud **Li
uium** reperies annum **536.** qui de hoc bello scribit tota **Deca. tertia.**

B 2 Tertium

Tertium.) Florus sexcentessimum alterum habet, Epith, 49. Livius tamen huic loco consentit, plura Flor. lib. 2. C. 15. Sociale.) adversus socios gestum, videlicet Hetruscos, Latinos, Sabinos, atque altos Latini nominis populos. id ceptum esse tradit Orosius, anno 659, alij. 663 assignant. Codex vetustus habebat DC LXXII. Plura de hoc bello Appian, Flor, Eutrop. alij. Hircium & Pans.) de his Sueton. in Augusto, qui Augustum etiã 18 ætatis suę anno principatum, & anno deinde secundo, ætatis vero suę viceſimo consulatum iniſſe, autor est: id quod hoc loco Solinus confundit, Vigilantia eius.) Idem Florus lib. 4. c. 3. & plura de eo Tacitus, Sueton. Appian, Plinius 7. c. 45.

DE DIVISIONE ANNI, ET diebus intercalariis.

CAPVT. III.

TVnc ergo primum cursus anni perſpecta ratio est, quæ à rerum origine profunda caligine tegebatur. Nam ante augustum Cæsarem incerto modo annum cõputabant, qui apud Ægyptios quatuor mensibus terminabatur, apud Arcades tribus, apud Acarnanas sex, in Italia apud Lauinios tredecim, quorum annos trecentis septuagintaquatuor diebus ferebatur. Romani initio annum decem mensibus computauerunt, à Martio auspicientes, adeò ut eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent ueteribus uirides laureas, Senatus & populus comitia agerent, matronæ seruis suis coenas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illæ ut honore promptius obsequium prouocarent, hi quasi gratiã repensarēt perfecti laboris. Maxime hunc mensẽ principem

cipē te statur fuisse, quòd qui ab hoc quintus erat. Quin-
 tilis dictus est: deinde numero decurrente, December so-
 lennem circum finiebat intra diem trecentessimum quar-
 tum. Tunc enim iste numerus explebat annum, ita ut sex
 menses tricenūm dierum essent, quatuor reliqui tricenis
 & singulis explicarentur. Sed quoniam ratio illa ante
 Numam à Lunæ cursu discrepabat, lunari computatio-
 ne annum peræquarunt, quinquaginta & uno die adie-
 ctis. Ut ergo perficerēt x i i. menses, sex mensibus prio-
 ribus detraxerunt dies singulos, eosque quinquaginta
 istis & uni adnexerūt, factiq; quinquaginta v i i. diui-
 si sunt in duos menses, quorum alter. xx i x, alter
 xx v i i dies continebat. Sic annus habere quinq; &
 quinquaginta & trecentos dies cœpit. Postmodum cum
 perspicerent temere annum clausum intra dies quos su-
 pra diximus, quando quidem appareret solis meatum nō
 ante trecentessimum sexagesimum quintum diem, abun-
 dante insuper quadrantis particula, Zodiacum confice-
 re decursum, quadrantem illum & decem dies addide-
 runt, ut ad liquidum annus trecentis sexagintaquinque
 diebus & quadrante constaret, hortante obseruatione
 imparis numeri, quem Pythagoras monuit præponi in
 omnibus oportere. Vnde propter dies impareis Dijs su-
 peris & Ianuarius dicatur, & propter pareis Februa-
 rius quasi abominosus Dijs inferis deputatur. Cum itaq;
 hæc definitio toto orbi placuisset, custodiendi quadran-
 tis gratia, à diuersis gentibus uarie intercalabatur, nec
 unquam tamen ad liquidum fiebat temporum adæqua-
 tio. Græci ergo singulis annis x i. dies & quadrantem

detrahebant, eos que octies multiplicatos in annum no-
 num reseruabant, ut contractus nonagenarius numerus
 in treis menses per tricenos dies scinderetur. Qui anno
 nono restituti efficiebāt dies quadringētos quadragin-
 ta quatuor, quos ἐμβολισμοῦσ, uel ὑπερβάλλοντασ
 nominabant. Quod cū initio Romani probassent con-
 templatione, numeri parilis offensione neglectum breui
 perdidērunt, translata in Sacerdotes intercalandi pote-
 state. Qui plerunq; gratificantes rationibus publicano-
 rum, pro libidine sua subtrahebant tēpora, uel augebāt.
 Cum hæc sic forent constituta, modusq; intercalandi in-
 terdum cumulatior, interdum fieret imminutior, uel o-
 mnino dissimulatus præteriretur, nonnunquam accide-
 bat, ut menses, qui fuerāt hyeme transacti, modo in æsti-
 uum, modo in autumnale tempus inciderent. Itaq; C. Cæ-
 sar uniuersam hanc inconstantiam incisa temporum tur-
 batione composuit, & ut statum certum præteritus er-
 ror acciperet, dies x x i. & quadrantem simul interca-
 lauit: quo pacto regradati menses de cætero statuta or-
 dinis sui tempora detinerent. Ille ergo annus solus tre-
 centos x l i i i. dies habuit. Alij deinceps trecentos sex-
 agenos quinos, & quadrantem: & tunc quoq; uitium
 admissum est per sacerdotes. Nam cum præceptum esset
 anno quarto ut intercalarent unum diem, & oporteret
 confecto quarto anno id obseruari, antequam quintus
 auspicaretur, illi incipiente quinto intercalarunt, non
 desinente. Sic per annos sex & x x x. cum nouem dies
 tantum sufficere debuissent, x i i. sunt intercalati. quod
 deprehensum Augustus reformauit, iussitq; annos x i i.
sine

sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies qui ultra nouenarios temere fuerāt intercalati, hoc modo possent repensari. Ex qua disciplina omniū postea temporū fundata ratio est. Verum cum hæc, & multa alia Augusti temporibus debeātur, qui penè solus sine exēplo rerum potitus est, tot & tanta in uita eius inueniuntur aduersa, ut non sit facile discernere, calamitosior an beatior fuerit. Primū quòd apud auunculū in petitione magistrij equitum prælatus est ei Lepidus tribunus, cū quadā auspiciantiū cœptorū nota. Mox triuuiratus collegium, prægravi potestate Antonij, Philippensis inde proscriptionis inuidia, Abdicatio posthumi Agrippæ post adoptionē. Deinde desyderio eius insignis pœnitētia, naufragia Sicula, turpis ibi in spelūca occultatio, seditiōes militum plurimæ, Perusina cura, detectum filie adulterium, & uolūtas parricidialis. Nec minore dedecore neptis infamia, incusata de morte filiorum: & amissis liberis non solum orbitatis dolor, sed urbis pestilentia, fames Italiæ bello Illyrico, angustia rei militaris, corpus morbidum, contumeliosa dissensio priuigni Neronis. Vxoris etiam, & Tyberij cogitationes parum fidæ, atque in hunc modum plura. Huius tamen suprema quasi lugeret seculum, penuria insecuta est frugum omnium. At ne fortuitū quod acciderat uideretur, imminētia mala nō dubijs signis apparuerunt. Nā Fausta quædam ex plebe partu uno edidit quatergeminos, mares duos, toti dēq; fœminas: mōstrosa fœcūditate portendēs futura calamitatis indiciū: quæ Trogus autor affirmet in Ægipto septenos uno utero simul gigni. Quod ibi minus mirū,

cum fœtifero potu Nilus, non tantum terrarum, sed & hominum fœcundet arua. Legimus Cn. Pompeium, Eutichiden fœminam Asia exhibitam, quam constabat trices enixam cum. x x. eius liberis in theatro suo publicasse. Vnde competens hoc loco duco, super hominis generatione tractare. Etenim cum de animalibus, quæ diætu digna uidebuntur, prout patria cuiusque admonebit, simus annotaturi, iure ab eo potissimum ordiemur, quod rerum natura sensus iudicio, & rationis capacitate præposuit omnibus.

SCHOLIA.

Tunc ergo primum. Hæc magna parte desumpta sunt ex Suetonio, Plutarcho in Cæs. vita, & de placitis, Macro. Som. lib. 2. c. II. & Satur. I. c. 12. & sequentibus. Plinio lib. 7. c. 48. & lib. 18. c. 25. Alexand. Genial. dierum lib. 3. c. 24. Apud Aegypt. Plin. loco iam citato, Aegyptios ait annum habuisse triginta dierum, ad motum lunæ, idem testatur Xenophon in Aequiuocis, & diuersitatem illam totam explicat ex Varrone Lactantius libr. 2. Diu. insti. c. 13. Acarnanas. qui & Curetes & Abantes dicti sunt. vide Strab. lib. 10. A Martio. de instituto Romuli, in Martis scilicet genitoris sui honorem. Ouid. Fastor. I.

Tempora digereret cum conditor urbis, in anno,
Constituit menses quinque bis esse suo. &c.

Quintilis. quia à Martio quintus esset, hic in honorem Iulij Cæsaris postea Iulius est appellatus. Idem Macro. Solennem circum. Vet. cod. circuitum, non circum. Sex menses. nempe Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, Decēber. Quatuor reliqui. Martius, Maius, Quintilis, October. Idem Censorinus cap. 15. Explicarentur. Vet. cod. expedirentur. Vno die adiectis. Vet. cod. auctis, non adiectis. De sex mensibus. In veteri cod. deest præpositio De. Et vni annexerunt. Vet. cod. Et vno diebus adiunxerunt. Temere annum diuisum. Vet. cod. Temere annum clausum. Trecentis. sexagesimum. diem. Vet. cod. CCCXLV. diem. Macro. Satur. I. cap. 14. & Strabo idē de Aegyptijs lib. 17. & Herodot. 2. Zodiacum. de Zodiaco in, 12. partes diuiso

diuiso Macrobius Som. lib. I. c. 21. Latini signiferum appellant. Vide Plin. 2. c. 4. & 16. Ianuarius dicitur propter pares.) Vet. cod. & Ianuarius dicitur, & Martius propter pares. Quæ Pythagoras.) de hoc Plin. lib. 28. c. 4. Macrobius Som. I. c. 6. & lib. 2. c. 2.

Quasi abominosus.) V. C. quasi omne odiosus. Intercalabatur.) hoc est quasi interuocabatur, apud Kalein. vnde & Calendæ. hinc intercalaris mensis dicitur Februarius, cuius autorem fuisse Numam Plutarch. in eius vita testatur, eum quæ Romanis Mercedonium vocatum ait. Nec vnquam.) V. C. nec usquam. Adæquatio.) V. C. Peræquatio. Græci ergo.) Græci eos dies, quos annis singulis adimebant, & in nono anno interiectos intercalabant, ex hæresimos dixerunt: hoc est, vt Budæus interpretatur exemptiles, quod eximi de certo anni mense soletent. Quos embolismus.) Macrobius Satur. I. cap. 13. Hos dies inquit hyperbæontas, menses vero embolismus appellabant. Publicanorum.) sic vocabantur, qui publica pop. Ro. vectigalia redimebant. Cum hæc sic foret.) Quod in spacio 36. annorum 12 dies intercalauerunt, cum nouem tantum insereri debuissent, ex eo prouenit, quod non recte numerarunt. Nam annum postremum prioris quaternarij, quo intercalatio fiebat, adnumerarunt priori quaternario, quo factum est, vt in annum quemque tertium intercalatio interciderit, duodecim diebus insertis, cum nouem suffecissent. Pari modo, Plin. ca. 8. lib. 2. annum intercalarem quinario numero complectitur, priorem intercalarem sequenti quaternario adnumerans: sed male. nam à quarto in quartum exacta numeratio est. Itaque C. Cæsar.) Satur. I. cap. 14. Quod deprehensum.) Vet. Cod. Quod reprehensum. Ergo à Cæsar. Dictatore ordinatum primo annum, postea quæ negligentia conturbatum, Augustus ad pristinam rationem redegit, vt Suetonio quoque testatur, & Plutarch. in Cæsare. Quid ultra nouenarios.) Vet. C. qui ultra nouem necessarios. Verum & hoc.) Ad calamitosam Augusti sortem deflectit: sumptum autem ex Plin. 7. ca. 45. Vide etiam Senec. in consol. ad Martiam capi. 15. Philippensis inde.) Vet. cod. Philippensis habet, vt referri possit ad Antonij, quanquæ apud Plinium Philippensi prælio legimus, de quo etiam Flor. lib. 4. c. 6. Verum de Antonio Philippensi Sueton. in 2. tit. 13. Oros. cap. 16. Proscript. inuid.) Flor. cap. 73. Sueton. tit. 28. 2. Abdicat. Posthumi.) Suet. tit. 66. 2. Flor. c. 4. Naufrag. Sicilia.) Appian. lib. 4. & 5. Flor. 4. c. 8. Perusina cura, Flor. 4. c. 7. Appian. 5. de reliquis abunde Sueton. Fames Italiae.) De hac & Horat. lib. 2. Carm. od. 21. de Apolline scribens.

Hic bellum bellum lacrymosum, hic miseram famem,

Pestem quæ à populo, & principe Cæsare.

In Persas atque Britanno

B s Vestra

Vestra motus aget prece.

Illyrico.) Flor. 4. c. 12. & Appia, in Illyrico. Et Tyberij.) Vet. Cod. copulam Et non habet, quemadmodū etiā pauloātea, pro eo quod est De morte fil. in Vet. Co, mortes filiorū legimus. Penu-
ria infecta.) circa annū 49. imperij sui, teste Euseb. Fausta quæ
dā.) Idē Plin. li. 7. c. 3. Nilus.) de huius fœcūditate etiā Strab. lib. 5,
& Plin. 5, c. 9. & lib. 9. c. 58. Hominū arua.) mulierum vteros dicit,
non ineleganti metaphora. Cn. Pomp.) Idem Plin. lib. 7 c. 3.

DE HOMINE, ET PARTV EIVS,

deq; prodigiosa fortitudinis uiris, & Ale-

torio lapide. Caput III.

Democritus physicus ostēdit: Mulier, solū animal
menstruale est, cuius profluvia nō paruis specta-
ta documētis, inter monstrifica merito numerātur. Con-
tactæ his fruges nō germinabūt, acescent musta, morien-
tur herbæ, amittēt arbores fœtus, ferrum rubigo corri-
piet, nigrescent æra. Siquid canes inde ederint, in rabiē
cfferabūtur, nocituri morsibus, quibus lymphaticos fa-
ciunt. Parua hæc sunt. Bitumen nascitur in Iudæa, quod
Asphaltites gignit lacus, adeò lentū mollitie glutinosa,
ut à se nequeat separari. Enimuero si abrūpere partem
uelis, uniuersitas sequatur: scindiq; nō pōt, quoniam in-
quantū ducatur extēditur. Sed ubi admota fuerint cruo-
re illo polluta fila, sponte discerpitur: & applicita ta-
be, diducitur pauloante corpus unū, fitq; de tenacitate
cōnexa cōtagione partitio repētina. Habet planè id so-
lū salutare, quod auertit sidus Helenes, perniciosissimū
nauigātibus. Cæterū ipsæ fœminæ, quibus munus est ne-
cessitatis huiusmodi, q̄diu sunt in sua lege, nō innocēti-
bus oculis cōtuentur. Aspectu specula uitāt, ita ut hebe-
tetur uisu fulgor offensus, & solitā amulationē uultus
extinctus

extinctus splendor amittat, faciesq; obtusi nitoris quadam caligine nubiletur. Mulierum aliae in aeternum steriles sunt, aliae mutatis coniugijs exiunt sterilitate, nonnullae tantum semel pariunt. Quaedam aut foeminas, aut mares semper. Post annum quinquagesimum foecunditas omnium coquiescit. Nam in annum. LXXX uiri generant, sicuti Masinissa rex Methymnum filium, LXXX & sextum aegens annum genuit. Cato octogesimo exacto anno, ex filia Salonij clietis sui auum Vticensis catonis procreauit. Copertum est illud est, quod inter duos conceptus cum intercesserit paululum temporis, uterq; residet: sicut in Hercule et Iphiclo apparuit, fratre eius: qui gestati eodem onere, interuallis tamen, quibus concepti fuerant, nati uidentur. Et de Proconesia ancilla, quae est duplici adulterio geminos edidit, utrumq; patri suo simile. Hic Iphiclus Iolaum creat, qui Sardiniam ingressus, palatibus incolarum animos ad concordiam ebladitus, Olbia, et alia graeca oppida extruxit. Iolenses ab eo dicti, sepulchro eius templum addiderunt, qui imitatus uirtutes patrum, malis plurimis Sardiniam liberaisset. Ante omnia sobole cogitationibus, sternutatio post coitus cauenda, ne prius semen excutiat impulsus repetitus, qui penetrabilibus se maternis insinuet paternus humor. Quod si naturalis materia haerit, decimus a conceptu dies dolore grauidas admonebit. Iam inde incipiet et capitis inquietudo, et caligine uisus hebetabitur. Ciborum quoque fastidijs stomachi claudetur cupido. Conuenit inter omnes, corda primum ex uniuersa formari carne, eaque in diem quintum et sexagesimum crescere, deinde minui: ac ex ossibus spinas. ea propter capitale est, si pars alterutra noceatur. Planè si corpusculum in ma-

TEM

rem figuratur, melior est color grauidis, & pronior paritudo uteri. Deniq; à quadragesimo die motus est. Alter sexus nonagesimo die primum palpitat. Et concepta foemina gestantis uultum pallore inficit. Crura quoque præpedit languida tarditate. In utroque sexu cum capilli germinant, incommodum maius est. Fit que plenilunijs auctior ægrotudo, quod tempus etiam editis semper nocet. Cum falsiores escas edit grauida, unguiculis caret partus. At cum propè ad uterum liberandum uenerint momenta maturitatis, enitenti spiritum retinere plurimum congruit, quando quidem letali mora oscitatio suspendit puerperia. Contra naturam est in pedes procedere nascentis: quapropter uelut ægre parti, appellantur Agrippæ. Ita editi minus prosperè uiuunt, & de uita æuo breuiori decedunt. Deniq; in uno M. Agrippa felicitatis exemplum est, nec tamen usq; eò inoffense, ut non plura aduersa pertulerit, quàm secunda. Nam & misera pedum ualetudine, & aperto cõiugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retrouersi ortus omen luit. Fœminis perinde est infausta natiuitas, si concretum uirginale fuerit. quo pacto genitalia fuere Corneliae, quæ editis Gracchis ostentum hoc piavit sinistro exitu liberorum. Rursum necatis matribus ortus est auspiciator, sicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parète, quòd excisus utero in diem uenerat, primus Romanorum Cæsar dictus est. E' geminis, si remanente altero, alter abortiuo fluxu exciderit: alter qui legitime natus est, Vopiscus nominatur. Quidam & cum dentibus procreatur, ut Cn. Papyrius Carbo, & M. Curio, Dentatus ob id cognomina

gnominatus. Quidam uice dentium continui ossis armatur soliditate, qualē filium Bythinorum rex Prusias habuit. Ipsum dentium numerum discernit qualitas sexus, cum in uiris plures sint, in foeminis pauciores, quos $\kappa\nu\upsilon\delta\omicron\nu\tau\alpha\sigma$ uocant. Et quibus gemini prodeunt à dextra parte, fortunæ blandimenta promittunt: quibus à leua, uersa uice. Nascentium uox prima uagitus est. Letitiæ enim sensus differtur in quadragesimum diem. Itaque unum nouimus eadem hora risisse, qua erat natus: scilicet Zoroastem, mox optimarum artium peritissimum. At Crassus, auus eius quem rapuerunt bella Parthica, quòd nunquam riserit, fertur Agelastos cognominatus. Inter alia Socratis magna præclarum illud est, quod in eodem uultus tenore etiam aduersis interpellantibus perstitit. Heraclitus & Diogenes Cynicus nihil unquã de rigore animi remiserunt, calcatisq; turbinibus fortuitorum, aduersus omnem dolorem & miseriam uniformi durauere proposito. Pompeium poëtam, consularē uirum, nunquam ructasse, habetur inter exempla. Antoniam Drusi non spuisse, percelebre est. Nonnullos accepimus nasci concretis ossibus, eosq; neque sudare consuesse, neq; sitire: qualis Syracusanus fertur Lygdamus, qui tertia & tricesima Olympiade primus ex olympico certamine Pancratiij coronã reportauit, eiusq; ossa deprehensa sunt medullam non habere. Maximam uirium substantiam neruos facere certissimum est, quantoq; fuerint densiores, tanto propensius augescere firmitatem. Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis, annotauit Tritanum gladiatorem, natura Samnitē fuisse, qui &

rectis

rectis & transfuersis neruis nō modo crate pectoris, sed manibus cācellatis & brachijs, omneis aduersarios leuī tactu, ac penē securis cōgressionibus uicerit: eiusq; filiū militē Cn. Pompeij pari modo natū, ita spreuisse hostem prouocantē, ut inermi eum dextra & superaret, & captū digito uno in castra imperatoris sui reportaret. Milonem quoq; Crotoniensem ferunt egisse omnia supra quā homo ualet. De quo etiā hoc proditur, quod ictu nude manus taurū fecit uictimā: eumq; solidū, qua mactauerat die, absumpsit: solus nō grauatus. Super hoc nihil dubiū. Nā factum elogiū extat. Victor ille omniū certaminū, obiit, Sanē Alektorius traditur lapis, qui specie crystallina, in modum fabæ, in gallinaceorum uentriculis reperitur, aptus (ut dicunt) præliātibus. Milo porrō Tarquinij Superbi Prisci temporibus enituit.

SCHOLIA.

DE hominis partu quædā traditurus, nō inepte etiā de menstruo muliebri præmittit, de quo multa Plin. 7. c. 38. & 28. c. 7. ubi & de incōmodis & remedijs menstrui. Mulier solum.) Aristot. de Nat. animal. 7. & Alber. de animal. 15. in ea quoque sunt lententia, ut existiment omne animal, quod sibi gignit simile perfecta gñatione, mēstruale esse, cū fœtus intra uterū augeatur, quia si augeatur, necessario etiā nutritur, &c. Lymphaticos.) furiosos, quos nympholeptos Græci vocant, hoc est nympharum numine correptos. Asphaltites.) de hoc infra capit. 48. Sponte discerpitur.) Vet. Cod. dispergitur. Id solum.) V. C. Illud in se solum. Sidus Helenæ.) Plin. diram. ac minacem Helenam dicit appellatam, lib. 2. c. 37. Quibus munus.) Alij malunt, Quibus nimis est. sed priorem lectionem constanter defendunt vetustiss. aliquot exemplaria. In sua lege.) Est enim huius necessitas mulieribus omnibus quasi lex iniuncta, ut singulis mensib. profluuio purgentur: unde & menstruum latinis dictum, quemadmodum Græcis catamenion. In æternum steriles.) Ex Plin. 7. c. 13. Sterilitatis autem

autem varias causas enumerat Plutarch. de Placit. 5. c. 9. & 13.

Post annum quinquages.) Plin. cod. lib. c. 14. Masinyssa rex.) De huius filij nomine, quodnam fuerit, autores variant. Valerius quippe lib. 8. c. 14. Methium, vel vt alij cod. habent, Methymnum appellat, alij Metimathum: Vet. aliquot codices, Mathumatimnum, vide Hermol. in secunda edit. Plin. ad finem fere Glossematum. LXXX. & sextum.) Vet. cod. habet. LXX. & quintum. Cato.) Vide Plutar. in eius vita. Compertum & illud.) Ex Plin. cap. 11. lib. 7. Aristot. lib. 7. c. 4. de Natur. animal. Plauti Amphitryone, Diodoro initio 5. Iphiclo.) de hoc paulo supra, & mox c. 10. in Vet. cod. Iphite legitur, & paulo post, Hic Iphites. In duplici adulterio.) eiusdem autem diei coitu. Plin. Vtrunq; patri.) alterum domino, alterum procuratori eius similem. Qui Sardin.) lege Diodo. lib. 5. Palantes. Terrantes. Olbiam.) de hac Strab. lib. 4. & 14. Stephanus huius nominis plures numerat. Patruis, Herculis, fratris Iphicli. Sternutatio.) Plin. 7. c. 6. Oscitatio quidem, inquit, in enixu lætalis est: sicut sternuisse a coitu, abortiuum. Idem Hippocrat. 5. Aphor. 42. Decimus a concep.) Idem Plin. & Gel. 5. c. 10. & 16. Inter oēs.) Medicos potiss. Aliter em philosophi, vt ex Plutar. de Plac. 5. c. 17. videre est. Corda primū.) Plin. 11. c. 37. & Lact. de opif dei, c. 12. Arist. de nat. animal. 17. & de part. anim. c. 3. & 4. Cic. 2. de nat. d. Deinde minui.) Vet. cod. Dein. minutas ex ossibus spinas. Pars alterutra.) Alij malūt legere, parti alterutri, hoc est, aut cordi, aut spinæ. Idem Plin. loco iam citato. Melior color.) Ex Plin. 7. c. 6. fere ad verbū. Paritudo.) Vet. cod. partitudo.

Motus est.) Vet. co. monetur. Cū saliores.) Quia sal incisius est, & phlegmaticā illā glutinosamq; materiā, vnde vngues alimentū suum deberent suscipere, absomit. Contra naturam.) Ex Plin. 7. cap. 8. Aristot. item & Gellius. 16. cap. 16. Aegre parti.) Gelli. ex Varrone, ab ægritudine & pedibus. Mar. Agrippa.) de hoc Vergilius in octauo Aeneid. Hora. 1. carm. od. 6 Eutrop. 7. c. 2. Retro uersus ortus.) Vet. cod. Præposteri ortus. Plin. Præposteri natalis augurium. Cornelix.) Idem Plin. 7. c. 16. Sinistro exitu.) de hoc Plutarchus in Tiber. & C. Gracchorum vita, & Florus libro tertio.

Rursus necatis.) Plinius libro leptimo capit. 9. Qui defuncta matre.) videtur hic deesse Et copula, vt legatur, Et qui defunct. parente. Quis autem hic fuerit, non non inat. Aliqui ad Africanum referunt, sed male, vt corrigi etiam Hermolaus in cap. 8. lib. 7. Plinius. De ortu tamen Scipionis, casuq; matris Pomponix vtero, lege Silliū lib. 13. Sed & huc faciunt, quæ leguntur in Cōmentarijs Persij sat. 1. ad locū, Ne mihi Polydamas: &c. Nisi forte copulā transferre malis ad verbum Primus, quod sequitur, vt legas: Primusq; Romanorū Cæsar: &c. Cæsar dictus.) alij à cæsarie malūt deducere,

alij

alij ad elephantem à C. Cæsaris auo occisum referunt. E geminis.) Plin. 7. c. 10. Abortiuo fluxu.) Differt eiectione ab abortu, si quidem hic intra quadragesimum diem contingit, illa uero non nisi grandioris fœtus est. Vopiscus.) Plin. 7. c. 10. Quidam & cū dentib.) ex Plin. 7. c. 16. Rex Prusias.) Idem de miraculis Va- ler. lib. 1. c. 6. In viris plures.) Idem ad verbum Plin. kynodon- tas.) hoc est, caninos dentes. Locus autem hic ex Plinio videtur ita legendus: Quos kynodontas vocant, quib. gemini prodeunt: &c. ita enim Pli. Quib. in dextra parte gemini superne, a canib. cogno- minatis &c. Idem lib. 12. c. 37. Vagitus.) Ex Prologo libri. 7. Plin. Legz etiam Alexan. Aphrodis. problem. 64. Vnum nouimus.) Plin. 7. c. 19. Aug. de ciui. dei lib. 21. Zoroastem.) Berofus Noe fi- lium facit, in sacris literis Cham appellatum. Iustinus Bactrianorū regem fuisse ait, traditq; de eo, quod primus artes magicas inue- nerit, & mundi principia siderumq; motus spectarit, de eodem Pli- nius quoq; plura lib. 30. c. 1. Auus eius.) de vtroq; Appia, in Para- thico. Agelastos.) Alij semel tantum risisse tradunt, cum asinum vidisset carduos comedētem: vnde prouerb. Similes habent labra lactucas. de hoc Cic. Tuscul. 6. lib. 3. & de finib. 5. Socratis.) Idem de eo tradunt Laertius quoq; & plato, & pleriq; alij. Heraclit. & Diog.) de vtroq; Laertium vide. Concretis ossibus.) Idem Plini- us. 7. capitul. 18. eos corneos appellans. Antoniam Drus.) scilicet. Lygdamus.) Fortassis illum Syracusanum intelligit, quem Valer. lib. 9. c. 12. Polydamanta appellat. Et fuit sane facilis ex Po- lydamas in Lygdamus conuersio. Lygdami tamen cuiusdam men- tio fit apud Herod. lib. 1. Lucan. 3. Tibul. & Propertium in. 3. & 4.

Panocratij coron.) Certaminis genus erat, quod aduocatis omni- bus cotporis viribus, omniumq; uerborum contentione transige- batur, ut elegantiss. in Pandect. Budæus exponit, & Beroald. apud Propertium. Neros facere.) nam in his robur situm esse, apud omnes & philosophos & medicos in confesso est, vnde & prouer- biales hæ formulæ, omnibus neruis, neruos intendere, expedire neruos, &c. de quibus perdoctè Eras. in Chiliad. Tritanum.) ex Plin. 7. c. 20. Natura Samnitem.) Forte melius, armatura Samni- tem, Plin. Samnitium armatura celebrem, &c. Crate pectoris,) thorace. Milonem quoq;.) de hoc etiam præter Plin. & miseran- do eius interitu, Pausan. & Herodot. lib. 3. Strab. 6. Valer. 9. c. 12.

Non grauatus.) Vet. Cod. non grauatum, quod magis arridet. Elog. extat.) nimirū in ænea eius statua in Olympijs erecta, de qua Philostrat. lib. 4. de vit. Apollonij. Obijt.) Alij legūt, quæ obiuit: ut semper victorem eum ex certaminibus abiisse intelligas. Ale- ctorius.) de hoc Plin. c. 10. libri. 37. Alectorias, inquit, vocāt in ven- triculis gallinaceorum inuentas, crystallina specie, magnitudine

faba:

fabæ: quibus Milonem Crotoniensem vsum, in certaminibus inuictum fuisse videri volunt. Ex quo Plinij loco hic forte legendum est: Sane alectoria vsum traditur lapide, qui, &c. In modum fabæ,)
 Vet. C. fabæ modo, in gallinaceorū, &c. Tarquinij.) Strabo Pythagoræ discipulum etiam fuisse Milonem tradit, qui Pythagoras ipse quoque Tarquinij tempore floruit,

DE SIMILITVDINE FORMÆ,

& corporum proceritate: deq; mensura hominis, & defunctorum pudore. Caput. V.

IAm uero qui deflexum animum referat ad similitudinum causas, quantum sit artificis naturæ ingenium deprehendet? Interdum enim ad genus spectant, & per sobolem in familias transitus faciunt: sicut plerumque parvuli modo nervos, modo cicatrices, modo qualescunque originis suæ notas ferunt: ut in Lepidis, quorum tres, interuulsa tamē serie, ex eadē domo obducto membrana oculo similes geniti reperiuntur: ut in Byzantio nobili pugile, qui cū matrem haberet adulterio ex Aethiopē conceptam, quæ nihil patri comparandum reddidisset, ipse in Aethiopem auū degeneravit. Sed hoc minus mirum, si respiciamus ad ea quæ spectata sunt inter externos. Regem Antiochum Artemon quidā ex plebe Syriaca, sic facie æmula mentiebatur, ut postmodum Laodice uxore regia, obiecto populari isto tandiu dissimulauerit defunctum maritum, quoad ex arbitratu eius regni successor ordinaretur. Inter Cn. Pompeium & Vibium humili loco natum, tantus error extitit de paribus:

C

linea

liniamentis, ut Romani Vibiū Pompeij nomine, Pompeium Vibij uocabulo cognominarēt. Oratorem. A. Plancus cum Rubrius histrio sic impleuit, ut & ipse Plancus à populo uocaretur. Armētarius Mirmillo & Cassius Seuerus orator ita se mutuò reddiderunt, ut si quādo pariter uiderentur, dignosci nō possent, nisi discrepantiam habitus indicaret. M. Messala Censorius, & Menogenes ex fece uulgari, hoc fuerūt uterq; quod singuli: nec alium Messalam, quā Menogenem, nec Menogenē alium quā Messalam putarunt. Piscator ex Sicilia proconsuli Suræ præter alia etiam rictu oris cōparabatur. Ita in eodem uocis impedimento, & tardatæ sono linguæ naturalibus offendiculis congruebant. Interdū uero nō modo inter externos, sed etiam inter conductos ex diuersissima parte orbis miracula indiscreti uultus fuerunt. Deniq; cum Antonio iam triumuiro Thoranius quidam eximios forma pueros uelut geminos trecentis sestertijs uendidisset, quorum alterum de transalpina Gallia, alterum ex Asia comparauerat, adeo q; una res uideretur, nisi solus sermo fidem panderet, atque ideo se Antonius illusum grauaretur: non in facete Thoranius, id uel præcipue, quod emptor criminabatur, preciosum cōprobauit. Neq; enim mirum, si forent pares gemini: illud nullis posset taxationibus aestimari, quod tantis spacijs diuersitas separatos, plusquam geminos cōtulisset. Quo responso adeo Antonius mitigatus est, ut deinceps nihil se habere carius in substātia sua iactaret. Nūc si de ipsis hominū formis requiramus, liquidò manifestabitur, nihil de se antiquitatem mendaciter prædicasse, sed corruptam

ptam

ptam degeneri successione sobolem nostri temporis per nascentiū detrimenta decus ueteris pulchritudinis perdidisse. Licet ergo pleriq; definiant, nullū posse excedere longitudinē septem pedū, quod intra hunc modū Hercules fuerit: deprehensum est tamē Romanis tēporibus, sub D. Augusto Pusionem & Secundillam denos pedes, & amplius habuisse proceritatis, quorū reliquiae adhuc in conditorio Sallustianorum uidentur. postmodum D. Claudio principe, Gabbaram nomine, ex Arabia aduectum, nouem pedum, & totidem unciarum. Sed ante Augustum annis fermè mille non apparuit forma huiusmodi, sicut nec post Claudium uisa est. Quis enim æuo isto non minor suis parentibus nascitur? Priscorū autē molē testantur etiam Orestis suprema, cuius ossa Olympiade quinquagesima & octaua Tegeae inuenta à Spartanis oraculo monitis, didicimus impleisse longitudinem cubitorum septem. Scripta quoq; ex antiquitate memorias accersunt in fidem ueri, quibus receptum est, quod bello Cretico, cum elata flumina impetu plus quàm ui amnica inuecta terras rupissent, post discessum fluctuum inter plurima humi dissidia humanum cadauer repertum sit cubitūm triū atq; triginta: cuius spectandi cupidine L. Flaccum legatū, Metellum etiam ipsum impendiō admodum captos miraculo, quod auditu refutarāt, oculis potitos. Nō omiserim, Salamiā Euthymenis filiū creuisse in triennio tria cubita sublimitate, sed incessu tardo, sensu hebeti, robusta uoce, pubertate festina: statimq; obsessum morbis plurimis, immoderatis ægritudinū supplicijs cōpensasse præcipitē incrementi celeritatē. Mensu-

re ratio bifariam conuenit. Nam quantus manibus expansis inter digitos longissimos modus est, tantum constat esse inter calces & uerticem. Ideoq; phisici hominem minorem mundum esse iudicarunt. Parti dextræ habilior adscribitur motus, leuæ firmitas maior. Vnde altera gesticulationibus promptior est, altera oneri ferendo accommodatior. Pudoris disciplinam etiam inter defuncta corpora natura discernit, ut si quando cadauera necatorum fluctibus euehantur, uirorum supina, pro na fluitent fœminarum. Verum iam ad pernicitatis titulum transeamus.

SCHOLIA.

AD similitudinum causas.) De his Plin. lib. 7. c. 12. unde hæc plæraq; sunt desumpta: & Arist. de nat. anim. 6. c. 7. & Problem. 12. c. 14. sect. 10. Lactã. de Op. d. c. 12. Plutarch. de Placit. 5. c. 12. Lucret. lib. 4. Valer. 9. c. 5. Vt in Byzantio.) Sunt qui legant. uelut in Byzantino nobili poeta. Sed Vet. Cod. habebat, uelut in Byzantio nobili pyctã, ut facillima fuerit deprauandæ uocis pyctã, in poeta, occasio. Cæterum Plinius quoq; Niceum nobilem pyctam Byzantiij genitum, hunc uocat. Aristot. tamen in Sicilia id contigisse refert. Antiochum.) Syriæ regem, de Artemone autem Valer. 9. c. 15. ubi tamen Artenionem legere est. Vibium.) Ita le quid etiam de Publicio libertino quodam Valer. & Plin. tradunt. Armentarius.) Sic uocatur, qui armentis præest, Verg. Armentarius Afer agit. Ex fece.) quia histrio. Uterque quod singuli.) ut neutrum discernere ab altero facile fuerit, id quod de Curione & Burbuleio quoque referunt Valer. & Plinius. Trecentis sestertijs.) Plin. ducentis. Fidem panderet.) Forte legend. fraudẽ panderet. Sic etiam Plin. detecta fraude. Nullis taxationibus.) nullo præcio. Degeneri successione.) Eleganter id per quatuor ætates tam Græci quàm Latini poetæ expresserunt: & Plinius. 7. cap. 16. Iuuenalis saty. 15.

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.

Preciosum comprobauit.) Vet. C. præciosius probauit. Diuersit, separatos.) Vet. C. separata, plusquam geminos attulisset. Septem

ptem pedum,) quem Gellius ex Varrone summum dicit esse adolefcendi corporis humani modum. Hercules,) de huius ftatura Gellius, l. r. Sallustianorum,) s. hortorum. Aeuo isto,) Vet. Co. iam æuo isto. Orestis suprema,) Suprema vocat ossa, quæ reliquæ alijs dicuntur, De hoc Herodot. l. 8. Gell. 3. c. 10. Arcessunt in fidem,) Vet. c. accersūt. In fidē veri hoc etiā receperūt, quod, &c. Sublimitate,) Vet. C. sublimitatis, sed incessu tardū, sensu hebetē, &c. Nam quantus manibus expas,) Plin. 7. c. 17. Minorem mundū,) microcosmū, de quo Macrobi. Som. 2. c. 12. Lactan. 2. c. 13. Prona fœminarū,) velut pudori defunctorū parcēte natura, Plin.

DE VELOCITATE, VISU, ET fortitudine. Caput. VI.

Primam palmam uelocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum puluerē cursitauit, ut arenis pendentibus nulla indicia relinqueret uestigiorum. Polymnestor Milesius puer, cum à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consequutus est, et ob id statim productus à gregis domino Olympiade sexta et quadragesima, ut Boëthius autor est, uictor in stadio meruit coronam. Philippides biduo mille ducenta quadraginta stadia ab Athenis Lacedæmonem decurrit. Anistius Lacon, et Philonides Alexandri magni cursores à Sicyone Elin usq; mille ducenta stadia una die trāsierūt. Fonteio, Vipsanoq; COSS. in Italia octo annos puer natus, qnq; et xl. millia passuū à meridie trāsiiit ad uesperū. Visu deinde plurimum potuit Strabo nomine, quem perspexisse per centum xxxv. millia passuū Varro significat, solitūq; à Carthagine exeuntē classē Punicā, numerumq; nauū manifestissime è Lilybitana specula denotare. Cicero tradit, Iliada Homeri ita subtiliter in mēbranis descriptam, ut testa nucis clauderetur,

deretur. Callicrates formicas ex ebore ita scalpfit, ut portio earum à cæteris secerni nequiverit. Apollonides perhibet, in Scythia foeminas nasci, quæ Bithyæ uocantur, hasq; in oculis pupillas geminas habere, & perimere uisu, si quem forte iratæ aspexerint. Hæ sunt & in Sardinia, Præualuisse fortitudine apud Romanos L. Sicinium Dentatum, titulorum numerus ostendit. Tribunus hic plebis fuit nō multo post exactos reges, Spurio Tarpeio, A. Thermo COSS. Idem ex prouocatione octies uictor, X L. & .V. habuit aduersas cicatrices, in tergo nullam notam. Spolia ex hoste tricies & quater cepit. In phaleris, hastis puris, armillis, coronis trecenta X I I. dona meruit. Nouem imperatores, qui opera eius uicerāt, triumphanteis profecutus est. Post hūc M. Sergius duobus stipendijs, primo, aduerso corpore ter & uicies uulneratus: secundo stipendio in prælio dextram perdidit. Qua de causa ferream sibi manum fecit: & cum neutra penè idonea ad præliandum ualeret, una die quater pugnavit, & uicit sinistra, duobus equis eo insidente confossis. Ab Annibale bis captus refugit, cum uiginti mensibus, quibus captiuitatis sortem perferebat, nullo momento sine cōpedibus fuerit, & catenis. Omnibus asperimis prælijs, quæ tempestate illa Romani experti sunt, insignitus donis militaribus. à Trasymeno, Trebia, Ticinó que coronas ciuicas retulit. Cannensi quoq; prælio, de quo refugit eximium opus uirtutis fuit, solus accepit coronam, Beatus profecto tot suffragijs gloriarum, ni hæres in posteritatis eius successione Catilina tantas ad oreas odio damnati nominis obumbrasset.

Quantum

Quantum inter milites Sicinius, aut Sergius, tantum inter duces, imò, ut uerius dicam, inter omnes homines Cæsar dictator enituit. Huius ductibus undecies centum & nonaginta duo milia cæsa sunt hostium. Nam quantum bellis ciuilibus fuderit, noluit annotari. Signis collatis quinquagies & bis dimicauit: M. Marcellum solus supergressus, qui nouies & tricies pari modo fuerat præliatus. Ad hæc nullus celerius scripsit.

Nemo uelocius legit. Quaternas etiam epistolas simul dictitasse perhibetur: benignitate adeo præditus, ut quos armis subegerat, clementia magis uicerit.

SCHOLIA.

PAlmam,) uictoriæ laudē, ab arboris palmæ ingenio, de quo Gell. 3. c. 6. Plin. 16. c. 42. Eras. in Chiliad. Ladas,) de hoc cure fore Catull. ad Camerium,

Næ Ladas ego, pennipes ue Perseus.

Memini etiam Alex. Genial. d. 2. C. 21. & Iuuenal. sat. 13. Ad caprarios,) Vet. c. Ad caprariorum pastus. Philippides,) Plin. 7. c. 20. stadia numerat 1160. Anistius,) Al. Antistis, & Anistis, & apud Plin, Canistius. Vno die,) nouem diei horis, Plin. 2. c. 71. Fonteo,) Vet. C. Pompeio. Octo annes,) Plin. nouē habet, & cucursisse XLV, M. pass. pro quo in Vet. c. reperio V, & LXX. M. passuū. Cæterum puerū hunc Martial. lib. 4. Addam uocat. Strab.) Plin. 7. c. 21. Valer. etiam lib. 1. c. 6. Lynceum hūc uocat. unde quoq; pro uerb. Lynceo perspicacior. Lilybitana,) e Lilybeo Sicilie promōtorio. Iliada Homeri.) de hac Martial. in Xenijs. Callicrates.) Plin. eodem loco, & libr. 36. c. 5. ad finem. Bithiæ,) Plin. 7. cap. 2.

Hasq;) Vet. cod. eas in oculis. Hæc sunt & in Sardinia.) Exemplaria manu scripta, quibus uetustissimis uſi sumus, hæc uerba non habent, ut uerisimile sit ab aliquo studioso in marginem forte, ut fit, adiecta, in cōtextū postea irrepſisse. L. Sicin. Dent.) hic ob singularē fortitudinē Romanus Achilles est dictus, teste Gel. lib. 2.

c. 12. plura Plin. 7. c. 28. & lib. 22. c. 5. Valer. 3. c. 2. A. Thermo.) In Plinianis aliquot exemplaribus legitur. A. Aetermo. Vet. vero co. habet A. Aterio; numeratur autem hic annus quo Sp. Tarpeius Capitolinus & A. Aternius Fontinalis Coss. fuerunt, ab vrbe condita quidem recentissimus, ab exactis autem regibus quinquagesimus sextus. Aduers. cicatrices.) antro rsum exceptas, Valer. In tergo nullam.) quod nunq̄ tergum hosti obuertisset fugiendo. Spolia.) Vet. c. & spolia. Trecenta duodecim.) Non constabit hic numerus, nisi a Solino positus torques etiam addamus ex Plinio, quibus 83. donatum eum testatur, hastis autem puris 18. phaleris 25. armillis 160. coronis 26. que omnia collecta numerum faciunt 312. quanquam hic Valerio quoq; cum Plinio non cōuenit. M. Sergius.) ex Plin. 7. c. 28. fere ad verbum. Qua de causa ferream.) Vet. Co. Qua de causa postea manum sibi ferreā, &c. Ni hæres.) Vet. co. nisi hæres. Plin. nisi pronepos Catilina gratiam nomini derogasset. Adoreas.) tantas laudes, tantam gloriam, Plin. lib. 18. c. 3. Gloriam deniq; ipsam a farris honore adorea appellabant; Ador autem farris genus, edor quondam appellatū, autore Festo. Et prius scis quidem temporibus militaria dona, quæ militibus fortem operam in bello nauantibus a duce dabatur, heminae vel quartarii farris erāt. Velut (Festus ait) Adoriam laudem siue gloriam dicebāt, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret.

Cæsar dictator.) Vide Plin. 7. c. 25. Sueton. & Plutarch. in Cæsare: Centum & nonaginta duo. M.) Vet. C habet cxxxij. M. Quinquages & bis.) Quinquages tantum habet Plin.; Nouies & tricies.) Id est, vndequadragies, Plin.; de hoc autem vide Plutarch. in eius vita. Valer. multis locis, præcipue autem lib. 4. c. 1. Liu. Deca. 3. non vno in loco. Nullus celerius.) Pli. Scribere & legere simul dictare & audire solitum accepimus: epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. plura eo loco, & Gell. lib. 17. cap. 9.

DE MEMORIA, DE VOCE ADEMP-
pta, & adepta. De morum laude. De eloquentia.
De pietate. De pudicitia, & felicitate.
te. Caput. VII.

Cyrus memoriae bono claruit, qui in exercitu, cui numerosissimo præfuit, nominatim singulos alloquebatur. Fecit hoc idem in populo Romano L. Scipio
Sed &

Sed & Cyrū, & Scipionem consuetudine credamus profecisse. Cyneas Pyrrhi legatus postero die quā ingressus Romā fuerat, & equestrē ordinē & Senatū proprijs nominibus salutauit. Rex Ponticus Mithridates duabus & uiginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit. Memoriam ex arte fieri palām factum est: sicut Metrodorus philosophus, qui temporibus Diogenis Cynici fuit, in tantum se meditatione assidua prouexit, ut à multis simul dicta, nō modo sensuum, sed etiam uerborū ordinibus retineret. Nihil tamē in homine aut metu, aut casu, aut morbo facilius intercipi, sæpe per spectum est. Qui lapide ictus fuerat, accepimus oblitū literarū. Messalam certe Coruinū post ægritudinem quam pertulerat, percussum proprij nominis obliuione, quamlibet aliās ei sensus uigeret. Memoriam metus perimit. Inuicem timor uocis est incitamentū, quam non solū acuit, sed etiā, si nunquam fuerit, extorquet. Deniq; cū Olympiade octaua & quinquagesima uictor Cyrus intrasset Asiae oppidū Sardas, ubi tūc Cræsus latebat, Athis filius Regis mutus ad id usq; temporis, in uocem erupit uictoris. Exclamasse enim dicitur: Parce patri meo Cyre, & te hominē esse uel casibus disce nostris. Tractare de moribus superest, quorū excellentia maxime in duobus enituit. Cato princeps Porciæ gentis, senator optimus, optimus imperator, orator optimus, causam tamen quadragies & quater dixit, diuersis odiorū simultatibus appetitus, semper absolutus. Verū Scipionis Æmilianī laus propēsior, qui præter bona quibus Cato clarus fuit, etiā publico amore præcessit. Vir optimus Na-

sica Scipio iudicatus est, non priuato tantum testimonio, sed totius senatus sacramento, quippe quòd inuētus dignior nō fuit, cui præcipuæ religionis crederetur mysterium, cum oraculum moneret arcessi sacra Deum matris Pessimuntia. Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt, sed hoc bonum hæreditarium nunquam fuit, nisi in familia Curionum, in qua tres serie continua oratores fuere. Magnum hoc habitū est sanè eo seculo, quo facundiam præcipue & humana & diuina mirata sunt. Quippe tūc percussores Archilochi poëtae Apollo prodidit, & latronum facinus Deo arguente detectum est. Cum que Lysander Lacedæmonius Athenas obsideret, ubi Sophoclis Tragici inhumatum corpus iacebat, identidem Liber pater ducem admonuit per quietem, ut sepeliri delicias suas sineret. Nec prius destitit, quàm Lysander cognito quis obiisset diem, & quid à numine posceretur, inducias bello daret, usq; dum congruæ supremis talibus exequiæ ducerentur. Pindarum lyricum è conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cū cæteris interiret, forinsecus Castor & Pollux uocarunt, inspectantibus uniuersis. Quo effectum est, ut solus impendens periculum euaderet. Numerandus post Deos Cn. Pompeius magnus, intraturus Posidonij domum, clarissimi tūc sapientiæ professoris, percuti ex more à licitore uetuit foreis, summissisq; fascibus, quamlibet confecto Mithridatico bello, & orientis uictor, sententia propria cessit ianuæ literarum. Africanus prior Qu. Ennij statuam imponi sepulchro suo iussit. Vticensis Cato unum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione

tione Romam aduexit, professus plurimum se eo facto Senatui & populo Romano contulisse, quamuis proa- uus eius sæpissime censuisset Græcos urbe pellēdos. Dionysius tyrannus uittatam nauem Platoni obuiam misit: ipse cum albis quadrigis egredientem è littore occur- rens honoratus est. Perfectam prudentiam soli Socrati oraculum Delphicum adiudicauit. Pietatis documen- tum nobilius quidem in Metellorum domo effulsit, sed eminentissimum in plebeia puerpera reperitur: humilis hæc, atque ideo famæ obscurioris cum ad patrem, qui supplicij causa claustris pœnalibus continebatur, ægre obtinuisset ingressum, exquisita sæpius à ianitoribus, ne fortè parenti cibum sumministraret, alere eum uberi- bus suis deprehensa est. Quæ res & factum & locum consecrauit. Nam qui morti destinabatur, donatus fi- lia, in memoriam tanti præconij reseruatus est. Locus dicatus suo numini, Pietatis sacellum fuit. Nauis à phry- gia gerula sacrorum, dum sequitur uittas castitatis, con- tulit Claudie principatum pudicitie. Et Sulpitia Pater- culi filia, M. Fuluij Flacci uxor, censura omnium ma- tronarum è centum probatissimis haud temere electa est, quæ simulacrum Veneris, ut Sybillini libri mone- bant, dedicaret. Qui attingat ad titulū felicitatis, nec- dum repertus est, & qui felix censeretur iure debu- erit. Nanq; Cornelius Sylla dictus potius est quàm fuerit fe- lix. Solum certè beatum cortina Aglaum iudicauit, qui in angustiissimo Arcadie angulo pauperis soli dominus, nunquam egressus paterni cespitis terminis inuenitur.

SCHO

CYRUS. Ex Plin. 7. c. 24. hæc memorię exēpla desumpta sunt de Cyri autē memoria etiā Fab. 11. c. ij. Valer. 8. c. 7. L. Scipio.) Publij frater, Asiaticus cognominatus. Cyneas.) Plutarch. in Fyrrho. Cic. Tuscul. q. lib. 1. Seneca in prologo, declamat. Ponticus.) Ponti regionis Asiæ, de quo plura Plin. 25. c. 2. & Valer. loco iam citato, Gell. 17. c. 17. Plut. in Lucul. Memoriam ex.) de hoc ad Heren. lib. 3. c. 5. Fab. 11. Cic. de orat. 2. ad finem. Trapezunt. Rhet. lib. 4. Metrodorus.) Idem Plin. & Cice. Tusc. q. lib. 1. Diogenis Cynici.) Stoici forte legend. qui & Babylonius est appellatus, Metrodori coætaneus, alius a Cinico, vt constat ex Laertio, lib. 6. & 10. item Gell. lib. 17. c. vlt. floruit vterq; Olympiad. 96. vt Euseb. in Chron. Qui lapide iet.) Valer. lib. 1. c. 8. Atheniensis hunc fuisse, virum eruditissimum, dicit. Simile de Georg. Trapezuntio viro doctiss. traditur, omnium literarum Græcarum Latinarumq; in senio oblitum esse. Messal. Coruin.) De huius eloquentia: & in Ciceronem, vna cum Pollione æmulatione Fab. lib. 10. c. 1. & lib. 12. ad finem, de qua tamē doctissime, vt omnibus alijs, IOACHIMVS CAMERARIVS noster, Commentariorum in primam Tusculan. nunc primum in lucem editorum, lib. 2. differit. Inuicem metus.) Vet. C. In vim vocis interdum est timor incitamentum, & c. quæ lectio magis placet. Victor Cyrus.) Eadem Gell. 5. c. 9. ex Herodotib. lib. 1. & Valer. 5. c. 4. Iustin. 1. De alio autem Croesi filio semestri locuto in crepundijs, meminit Plinius. 11. c. 51. Cato princeps.) ex Plinio, c. 7. lib. 27. & Gell. 13. c. 19. Quadrag. & quater.) Cel. Antiq. li. 6. c. 36. Verum Scipionis.) Vet. C. Vnde Scipionis, c. Aemiliani.) filij Paul. Aemilij, sed à Scipione Africano superiore adoptati: vnde & inferior Africanus dictus est, ab euersa Carthagine, vt ille superior à capta. multa de huius virtutib. Valer. lib. 2. & 8. Nasica.) ex Plin. 7. c. 34. Quippe quod.) Vet. C. Quippe quo. Cum oraculum.) Historiam habes apud Liu. decad. 3. lib. 9. Valer. 8. c. 16. Ouid. Fastor. 4. Silium 17. Fenest. 12. Pessinuntæ.) à Pessinunte Phrygiæ oppido, vbi templum Cybeles erat celeberrimum, teste Diodor. lib. 4. & Strab. lib. 10. In famil. Curionum.) ex Plin. 7. c. 41. Percuss. Archilochi.) Plin. 7. c. 29 fuit autē hic Iambici carminis inuentor, de quo plura Fab. 10. & Horat.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Deo arguente.) Vet. c. deo coarguente. Lysander.) Idē eodē loco Plin. Quis obisset diem.) Vet. Co. quo obisset die. Supremis talibus.) tanto funeri. Pindarū.) Idē de Simonide Valer. lib.

j. c.

1. c. vlt. Fab. II. Cic. de Orat. lib. 2. Pindari aut familiae & penatibus Alexandrū regē Parci iussisse, cū Thebas caperet, Plin. eo loco tradit. Possidonij.) ex Plin. 7. c. 30. Ciceronis hic fuit præceptor, vt idem testatur de Fabio, & Plutarch. in Cicer. Ex more.) de hoc more Alex. Genial. 1. c. 27. Summissis (q̄.) Vet. C. demissis (q̄.) Ianuæ literarū.) id est, fores etiā tanti literarū professoris libēs veneratus est. Quinti Ennij.) Hoc præter Plin. testatur etiā oui, de ar. 3.

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,

Contiguus poni Scipio magne tibi.

Vticensis Cato.) Plin. ad verbū, eod. cap. 30. Philosophū.) Athenodorū Cordilionē Stoicum, quē Pergami offensum persuasit, vt se in castra sequeretur. Vide Plutar. in eius vita. Alterū ex Cypria leg.) de qua Flor. 3. c. 9. Porro vet. co. aliū legit, nō alterū. Quamuis proauus eius.) Cato Censorius, idem aut Plut. in Censorio. vet. co. aut pro quāuis, habet quamlibet. Dionys. tyrann.) Idē Plutar. in Platonis vita, & Laertius. Honoratus est.) Vet. c. honorauit.

Socrati.) Plin. 7. c. 31. & 34. c. 6. Valer. 3. c. 4. Plato in Apolog. Laert. in eius vita. Metellorū d.) Metellus Pius cognomēto, quod patri exulanti reditū inpetrasset, Valer. 5. & lib. 3. quanq̄ & de rebus qua eius pietate Plin. quoq̄ c. 43. lib. 7. & Ouid. Fast. 6. Effulsit.) Vet. co. refulsit. Plebeia puerpera.) Ex Plin. 7. c. 36. a quo tamen Valer. dissentit lib. 5. c. 4. Et factū & locū.) V. C. & locū & factum.

Suo numini.) V. C. suo nomini, pietatis sacellū est. Claudiae.) Plin. 7. c. 35. Ouid. Fastor. 4.

Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto:

Historiæ autem huius autores supra indicauius in Scip. Naficas

Electa.) V. C. delecta. Simul Veneris.) verticordiae nūcupatæ, quo virginū & matronarū animus à libidine ad pudicitiam cōuerteretur. Valer. 8. c. 16. & Ouid. Fast. 4. Qui attingat.) Vet. c. Quod attinet. Et qui felix.) Vet. co. non habet copulā Et. Cor. syl. la.) Plin. 7. c. 43. Plutar. in eius vita, Valer. 6. c. 6. Quam fuerit.) V. C. quam fuit. Aglaum.) De Aglao Psophidio Plin. 7. c. 46. Valer. 7. c. 1. Terminis.) V. C. terminos. Porro quæ deinceps

in sequentia capita videbantur annotāda, ad libri
calcem reperies.

DE ITALIA, ET EIVS LAVDIBVS, deq̄; peculiaribus multis quæ in ea reperiuntur.

CAP. VIII.

DE homine satis dictū habeo. Nunc, ut ad destinatū
reuertamur, ad locorū cōmemorationem stylus
dirigen

dirigendus est. atq; adeò principaliter in Italiã, cuius decus iam in Vrbe cõtinuus. Sed Italia tãta cura ab omnibus dicta est, præcipue à M. Catone, ut iã inueniri non possit, quod nõ ueterũ autorũ præsumpserit diligẽtia, largiter in laudem excellentis terræ materia suppetẽte, dũ scriptores præstãtissimi reputant locorũ salubritatem, cœli temperiẽ, ubertatẽ soli, aprica colliũ, opaca nemorũ, innoxios saltus, uitiũ, olearũq; puëtus, ouilia, pecuaria, tot amneis, lacus tãtos, bifera uiolaria, inter hæc Vesçuũ flagrãtis animæ spiritu uaporantẽ, tepẽteis fontibus baias, colonias tam frequẽtes, tam assiduã nouarũ urbiũ gratiã, tam clarũ decus ueterũ oppidorũ, quæ primũ Aborigines, Arunci, Pelasgi, Arcades, Siculi, totius postremo Græciæ aduenæ, & in summa uictores Romani cõdiderunt. Ad hæc littora portuosa, orasq; habet patentibus gremijs cõmercio orbis accõmodatas. Verũ ne prorsus intacta uideatur, in ea quæ minus trita sunt, a nimũ intendere haud absurdũ uidetur, & parcius depasta leuibus uestigijs inuiare. Nã quis ignorat uel dictam uel conditã à Iano Ianiculũ, à Saturno Latiũ atq; Saturniam, à Danaë Ardeã, à comitibus Herculis Polyden, ab ipso in Campania Pompeios, quia uictor ex Hispania pompam bouum duxerat? In Liguria quoq; lapidarios campos, quod à Ioue eò dimicãte credũtur saxa pluisse. Regionem Ionicam ab Ione Naulochi filia, quam proca citer insidentem uias Hercules interemit, ut ferunt: Archippen à Marsya rege Lydorũ, quod hiatu terræ haustum, dissolutũ est in lacũ Fucinũ. Ab Iasone templũ Iunonis Argiue, à Pelope Pisas, à Cleolao Minois filio

Daunios,

Daunios, Iapygas à Iapige Dædali filio, Tyrrhenos à Thyrreno Lydiæ rege, Coram à Dardanis, Argillam à Pelasgis, qui primi in Latium literas intulerunt: à Phalero Argiuo Phaliscam, à Phalerio argiuo Phalerios, Fescennium quoq; ab Argiuis, Portū Parthenium à Phocensibus. Tybur (sicut Cato facit testimonium) à Catilo Arcade, præfecto cladis Euandri: sicut Sextius, ab Argiua iuuentute. Catillus enim Amphiarai filius, post prodigialem patris apud Thebas interitū, Oeclei aui iussu, cum omni foetu uel sacro missus treis liberos in Italia procreauit, Tiburtū, Coram, Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae ueteribus Sicanis, à nomine Tiburti fratris natu maximi urbē uocarūt. Mox in Brutijs ab Vlysse extructū templū Mineruæ. Insula ligea appellata abiecto ibi corpore Sirenis ita nominata. Parthenope à Parthenopes Sirenis sepulchro, quam Augustus postea Neapolim esse maluit. Præneste, ut Zenodotus refert, à Præneste Vlyssis nepote Latini filio: aut, ut Prænestini sonant libri, à Cæculo, quæ iuxta ignes fortuitos inueniunt, ut fama est, Digitiorū sorores. Notū est à Philoëte Petiliā constiturā, Arpos & Beneuentū à Diomede, Patauiū ab Antenore, Metapontū à Pilijs, Scyllaccū ab Atheniēsibus, Sybarim à Træzenijs, & à Sagari Aiakis Locri filio, Salentinos à Lycijs, Anconam à Siculis, Gabis à Galatio & Bio Siculis fratribus, ab Heraclidis Tarentum, insulam Tensam ab Ionibus, Pestum à Dorensibus. A Myscello & Archia Crotoniam, Rhegiū à Chalcidēsibus, Caulonā & Terinam à Crotoniēsibus, à Naritijs Locros, Heretrū à Græcis in honorem Hera

Heræ. sic enim Iunonem Græci uocant. Aritiam ab Archiloco Siculo, unde & nomen, ut Cassio Heminae placet, tractum. Hoc in loco Orestes oraculo monitus simul lacrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica extulerat, prius quàm Argos peteret, consecrauit. à Zanciensibus Metaurum locatum, à Locrensisibus Metapontum, quod nunc Vibo dicitur. Bocchus absoluit, Gallorum ueterè propaginem Umbros esse. M. Antonius asseuerat eosdè, quòd tempore aquosæ cladis imbribus superfuerūt, Umbros græce nominatos. Licinio placet, à Mesappo Græco Mesappiæ datâ originem, uersam postmodum in nomen Calabriae, quam in exordio Oenotri frater Peuce-tius Peucetiam nominarat. Par sententia est inter autores, à gubernatore Aeneæ appellatum Palinurum, à tubicine Miseno Misenum, à consobrina Leucosiam insulâ. inter omnes perspicuè conuenit, à nutrice Caieta Caietam, ab uxore Lauinia Lauinium esse nūcupatum, quod post Troiæ excidium, sicut Cussonius perhibet, quarto anno extructum est. Nec omissum sit, Aeneam æstate ab Ilio capto secunda italicis littoribus appulsum, ut Hemina tradit, socijs non amplius sexcentis, in agro Laurenti posuisse castra: Vbi dum simulachrum, quod secū ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quæ ἀφροδίτη dicitur. à Diomede Palladium suscipit, tribusq; mox annis cum Latino regnat, socia potestate, quingentis iugeribus ab eo acceptis. Quo defuncto summâ bienio adeptus, apud Numicū apparere desijt. Anno septimo patris indigetis ei nomen datum. Deinde constitutæ ab Ascanio longa Alba, Fidena, Antium, Nola à Tyrijs.

ab

ab Eubœensibus Cumæ. Ibidem Sibyllæ sacellum est, sed eius quæ rebus Romanis quinquagesima Olympiade interfuit, cuiusq; librum ad Cornelium usque Syllam Pontifices nostri consulebant: tunc enim unâ cum Capitolio igni absumptus est: nam priores duos Tarquinio superbo parcius pretium offerente quàm postulabat, ipsa exusserat: cuius sepulcrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autem Sibyllam ante Troiana bella uaticinatâ Boëthus perhibet, cuius plurimos uersus operi suo Homerû interuisse manifestat. Hanc Heriphile Erythrea annis aliquot intercedentibus consecuta est, Sibylla' que appellata est de scientiæ parilitate, quæ inter alia magnifica Lesbios amissuros imperium maris multò ante præmonuit, quàm id accideret. ita Cumanam tertio fuisse post has loco, ipsa æui series probat. Ergo Italia, in qua Latium antiquum antea à Tyberinis ostijs ad usque Lyrinam pertinebat, uniuersa consurgit à iugis Alpium, porrecta ad Rheginum uerticem, & littora Brutiorum, quò in mare meridiem uersus protenditur. Inde procedens paulatim se Apennini montis dorso attollit, extensa inter Tuscum & Adriaticum, id est inter superum mare & inferum, similis querno folio, scilicet proceritate amplior, quàm latitudine. Vbi longius processit, in cornua duo scinditur, quorum alterû Ioniû spectat æquor, alterum Siculum. Inter quas prominentias non uno margine accessum insinuati freti recipit, sed linguis proiectis sæpius, à procurrētibus distinctum promontorijs pelagus admittit. Ibi, ut obuia passim notemus, arces Tarentinæ, Scyllæa regio, cum Scyllæo oppido, & Crathe

D flumine

flumine Seyllæ matre, ut uetustas fabulata est: Rhegini
 saltus, Pæstanae ualles. Syrenum saxa: amœnissimus Cam
 pania tractus, Phlegraei cãpi, Circes domus: Tarracina,
 ante insula circumflua immenso mari, nunc æuo nectente
 addita continenti, diuersamq; fortunam à Rheginis ex=
 perta, quos fretum medium à Siculis ui abscidit. Formiæ
 etiam Læstrygonibus habitata. Multa præterea pollen=
 tissimis ingenijs edifferta, quæ præterire, quàm inferius
 exequi, tutius duximus. Verum Italie longitudo, quæ ab
 Augusta prætoria per urbem Capuamq; porrigitur usq;
 ad oppidum Rhegium, decies centena & uiginti millia
 passuum colligit. Latitudo ubi plurimum, cccc x: ubi
 minimum, cxx xvi millia. Arctissima est ad portum quæ
 Annibalis castra dicunt. Neq; enim excedit quadraginta ^{Gu}
 milia. Umbilicum: ut Varro tradit, in agro Reatino ha=
 bet. At in solidum spacium circuitus uniuersi uicies qua=
 dragies nouies centena sunt. In quo ambitu aduersa Lo=
 crensiuum fronte ortus à Gadibus finitur Europe sinus
 primus, nam secundus à Lacinio auspiciatus, in Acroce=
 raunijs metas habet. Ad hæc Italia Pado clara est, quem
 mons Vesulus superatissimus inter iuga Alpium gremio
 suo fundit, uisendo fonte in Ligurū finibus, unde se pri=
 mū Pados proruit, submersusq; cuniculo rursus in agro
 Vibonēsi extollitur, nulli amniū inferior claritate, à Græ
 cis dictus ἠπίδ' αὐθ. Intumescit exortu canis, tabefactis
 niuibus, & liquētibus brumæ pruinis, auctusq; aquarum
 accessione xxx. flumina in Adriaticū defert mare. Est è
 memorabilibus in glytum & insigniter per omnium ora
 uulgatū, quod per paucæ familiæ sunt in agro Phalisco=
 rum.

rum, quos Hirpos uocant. Hi sacrificium annuum ad mō-
 tem Soractem Apollini faciunt. Idq; operātes gesticula-
 tionibus religiosis impune exultant, ardētibus lignorum
 struibus, in honorem diuinæ rei flammis parcentibus. Cu-
 ius deuotionis ministerium munificentia senatus honora-
 tum, Hirpis perpetuo omnium munerum uacationem de-
 dit, Gentem Marsorum serpentibus illasam esse, nihil
 mirum. A Circes filio genus ducunt, & de auita poten-
 tia, deberi sibi sentiunt seruitium uenenorum, ideoq; ue-
 nena contemnunt. C. Cœlius Oetæ treis filias, Angi-
 tiam, Medeam, & Circen dicit fuisse: Circen Circeos
 insedisse monteis, carminum maleficijs uarias imaginum
 facies mentientem: Angitiam uicina Fucino occupauis-
 se, ibique salubri scientia aduersus morbos resistantem,
 cum desisset hominem uiuere, deam habitā. Medeam ab
 Iasone Buthroti sepultam, filiumq; eius Marsis imperas-
 se. Sed quamuis Italia habeat hoc præsidium familiare, à
 serpentibus nō penitus libera est. Deniq; habitatores ab
 Amyclis, quas antea Græci cōdiderunt serpētes fugauere.
 Illic frequens uipera insanabili morsu. Breuior hæc cæte-
 ris, quàm in alijs aduertimus orbis partibus: ac propter
 ea, dum despectui est, facilius nocet. Calabria Chersydris
 frequentissima est, & Boam gignit, quem anguem ad im-
 mensam molem ferunt coalescere. Captat primo greges
 bubulos: & si quæ plurimo lacte rigua bos est, eius se
 uberibus innectit, suctuq; cōtinuo saginata, lōgo seculo
 ita funebri satietate ultimo extuberatur, ut obsistere ma-
 gnitudini eius nulla uis queat. Postremo depopulatis ani-
 mātibus, regiones quas obsederit, ad uastitatem cogit,

D 2 Denique

Denique D. Claudio principe in locum ubi uaticanus ager est, in aluo occisæ Boæ spectatus est solidus infans. Italia lupos habet, qui cum cæteris similes non sint, homo quem prius uiderint, conticescit: & anticipatus obtutu nocentis, licet clamandi uotum habeat, non habet uocis ministerium. Sciens de Lupis multa prætereo. Spectatissimum illud est, quod caudæ animalis huius uillus amatorius inest perexiguus, quem spontaneo damno abiicit, cum capi metuit: nec habet potentiam, nisi uiuenti detrahatur. Coëunt lupi toto anno non amplius dies XII. Vescuntur in fame terra. At ij quos ceruarios dicimus, quãuis post longa ieiunia repertas ægrè carnes mandere cœperint, ubi quid casu respiciunt, obliuiscuntur, & immemores præsentis copiae, eunt quæsitum quam reliquerunt satietatem. In hoc animalium genere numerantur & Lynces, quarum urinas coire in duritiem pretiosi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquisitius sunt persecuti. Istud etiam ipsas Lynces persentiscere, hoc documento probatur, quòd egestum liquorem illico arenarum cumulis, quantum ualent, contegunt, inuidia scilicet, ne talis egeries transeat in nostrum usum, ut Theophrastus perhibet. Lapsi isti succini color est, pariter spiritu attrahit propinquantia, dolores renum sedat, medetur regio morbo, λυγκούριου græce dicitur. Cicadæ apud Rheginos mutæ, nec usquam alibi: quod silētium miraculo est, nec immeritò, cum uicinæ, quæ sunt Locrensiùm, ultra cæteras sonent. Causas Granius tradit, cum obmurmurarent illic Hercule quiescente, deum iussisse ne streperent. Itaque ex eo cœptum silentium permanere. Ligusticum

cum

cum mare frutices procreat, qui quantisper fuerint in aquarum profundis, fluxi sunt, tactu prope carnulento. deinde ubi in supera tolluntur, natalibus derogatis, lapides fiunt. Nec solū qualitas illis, sed et color uertitur. nā puniceo protinus rubescunt. Ramuli sunt, quales arborum uisimus, ad semipedem frequentius longi. rarum est, pedaneos deprehendi. Excutiuntur ex illis multa gestamina. Habet enim, ut Zoroastes ait, materies hæc quandam potestatem: ac propterea quicquid inde fit, habetur inter salutaria. Corallium alij dicunt. Nam Metrodorus *yoγyίαι* nominat. Idem, quod resistat typhonibus et fulminibus, affirmat. Eruitur gemma in parte Lucania, facie adeò iucunda, ut languentes intrinsecus stellas, et sub nubilo renidentes croceo colore perfundat. Ea, quoniam in littore Syrtium inuenta primum est, Syrtites uocatur. Est et Veientana gemma à loco dicta, cui nigri coloris superficies, quam ad gratiam uarietatis albi limites intersecant, notis candentibus. Insula quæ Appulia ora uidet, tumulo ac delubro Diomedis insignis est, et Diomedæas aues sola nutrit. Nam hoc genus alitis præterquam ibi nusquam gentium est: idque solum poterat memorabile iudicari, nisi accederent non omittenda. Forma illis penè quæ Fulicis, color candidus, ignei oculi, ora dentata, congreges uolitant, nec sine ratione pergendi duces duæ sunt, quæ regant agmen. Altera agmē anteit, altera insequitur. illa ut ductu certum iter dirigat, hæc ut instantia augeat tarditatem. Hæc in meätibus disciplina est, et cum foetuum adest tempus, rostro scrobes excavant. Deinde surculis in uersum superpositis, imitan-

D 3

tur

tur texta cratium, & sic contegunt subtercauata: & ne
 operimenta desint, si fortè lignorum casas uenti auferāt,
 hanc struem comprimunt terra, quam egresserant, cum
 puteos excauarent. Sic nidos moliuntur bifori accessū:
 nec fortuito, adeò ut ad plagas cœli metentur exitus, uel
 ingressus. Aditus, qui dimittit ad pastus, in ortum desti-
 natur: qui excipit reuertēteis, occasum uersus est, ut lux
 & moranteis excitet, & receptui non denegetur. Leua-
 turæ aluum, aduersis flatibus subuolant, quibus prolu-
 uies longius auferatur. Iudicāt inter aduenas: si Græcus
 est, propius accedunt, & quantum intelligi datur, uelut
 ciui blandius adulantur. Si quis erit gentis alterius, inuo-
 lant, & impugnant, Ædem sacram omni die celebrant
 studio huiusmodi. Aquis imbuunt plumas, alisq; impē-
 diò madefactis confluunt rorulenta, ita ædem excusso
 humore purificant. Tunc pēnulis superplaudunt. Inde
 discedunt quasi peracta religione. Ob hoc ferunt Dio-
 medis socios aues factos. Sanè ante aduentum Aetoli du-
 cis nomen Diomedis non habebant, inde sic dicta. Ita-
 licus excursus per liburnos, quæ gens Asiatica est, pro-
 cedit in Dalmatiæ pedem. Dalmatia in limitem Illyri-
 cum, in quo sinu Dardani sedes habent, homines ex
 Troiana prosapia in mores barbaros efferati. At ex al-
 tera parte per Ligurum oram in Narbonensem pro-
 uinciam pergit, in qua Phocenses quondam fugati Per-
 sarum aduentu Massiliam urbem Olympiade quadrage-
 sima quinta condiderunt. C. Marius bello Cimbrico fas-
 ctis manu fossis inuitauit mare, perniciosamq; feruentis
 Rhodani nauigationem tēperauit, qui annis precipita-
 tus

tus Alpibus primò per Heluetios ruit, occurrentium
 aquarum agmina secum trahens, auctuq; magno, ipso
 quod inuadit freto turbulentior, nisi cum fretum uen-
 tis excitatur. Rhodanus sæuit, & cum serenum est, atq;
 ideo inter treis Europæ maximos fluuios & hunc com-
 putant. Aquæ quoq; Sextiæ eo loco claruerunt, quon-
 dam hyberna consulis, postea excultæ mœnibus. Qua-
 rum calor olim acrior exhalatus per tempora euapora-
 uit, nec iam par est fiamæ priori. Si Græcos cogitemus,
 præstat respicere littus Tarentinum. Vnde à promon-
 torio, quod Acren Iapygiam uocant, Achaiam cursum
 destinantibus citissima nauigatio est. Electædus hinc sty-
 lus est, terrarumq; uocant alia, & longum est, ut mo-
 ratim insularum omnium oras legamus, quascunq; pro-
 montoria Italica prospectant: quamuis sparse recessibus
 amœnissimis, & quodam nature quasi spectaculo ex-
 positæ, non erant omittendæ. Sed quantũ residendum est,
 si dilatis quæ præcipua sunt, per quandam desidiã, aut
 Pandatariam, aut Prochytam dicamus, aut ferri fera-
 cem Vilbam, aut Caprariam, quam Græci αἰγύλαμ
 dicunt: aut Planasiam, de facie supina freti sic uocatam,
 uel ab Vlyssis erroribus: uel Columbariam, auium huius
 nominis matrem: uel Ithacesiam, quæ Vlyssis proditur
 specula, uel Aenariam, & Inarimen ab Homero nomi-
 natam, aliasq; non secus lætas, inter quas Corsicam plu-
 rimi in dicendo latius circumnecti, plenissima narrandi
 absoluerunt diligentia: nihilq; omissum, quod retracta-
 ri non sit superuacuum, ut exordiũ incolis Ligures dede-
 rint, ut oppida ibi extructa sint, ut colonias ibi deduxe-

D 7 rimb

rint Marius & Sylla, ut ipsam Ligustici sinus equor ala-
luat. Sed hæc facessant.

DE CORSICA, ET CATOCHITE
lapide. Cap. IX.

Verum ager Corsicanus, quod in eo agro unicum
est, solus edit, quem Catochiten uocant lapidem,
fatu dignissimum. Maior est cæteris qui ad ornatum de-
stinantur, nec tam gemma, quàm cautes. Idem impositas
manus detinet, ita seiunctis corporibus adnectens, ut cū
ipsis hæreat, à quibus tangitur. Sed ei inest uelut de glu-
tino lentiore nescio quid par atq; gummi. Accepimus
Democritum Abderiten ostentatione scrupuli huius fre-
quenter usum ad probandum occultam naturæ poten-
tiam in certaminibus, quæ contra Magos habuit.

DE SARDINIA, DE SOLIFUGA,
De Sardonia herba, De admirandis aquarum
uiribus. Cap. X.

Sardinia quoq; quam apud Timæum Sandaliaten le-
gimus, Ichnusam apud Chrysippū, in quo mari sita
sit, quos incolarum autores habeat, satis celebre est. Ni-
hil ergo attinet dicere, ut Sardus ab Hercule, & Norax
à Mercurio procreati, cum alter ab Libya, alter ab usq;
Tarteso Hispanie in hosce fines permeassent, à Sardo ter-
ræ, à Norace Næro oppido nomen datum. Mox, Aristæū
regnando his proximum in urbe Coralli, quam condide-
rat,

rat, ipse cōiuncto populo utriusq; sanguinis, seiuges usq; ad se gentes ad unum morem cōiugasse, imperium ex insolēti nihil aspernatas. Sed & hic Aristæus Iolaum creat, qui ad id locorum agros ibi insedit. Præterea & Ilienses, & Locrenses trāseamus. Sardinia est quidem absq; serpentibus. Sed quod alijs locis serpens est, hoc Solifuga Sardois agris. Animal perexiguum, simileq; araneis forma, solifuga dicta, quòd diem fugiat. In metallis argentarijs plurima est: nam solum illud argenti diues est; occultim reptat, & per imprudentiam supersedentibus pestē facit. Huic incommodo accedit & herba Sardonia, quæ in defluuijs fontanis prouenit largius iusto. Ea si edulio fuerit, uescentibus neruos contrahit, rictu ora diducit: ut qui mortem oppetunt, ueluti ridentium facie intereant. Contrà quicquid aquarum est, uariè commodis seruit. Stagna, pisculentissima: hybernæ pluuiæ in æstiuam penuriam reseruantur. Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cœlo habet. Hoc collectaneum depascitur, ut sufficiat usui, ubi defecerint scaturigines, quæ ad uictum usurpari solent. Fontes sanè calidi & salubres aliquot locis efferuescunt, qui medelas afferunt, aut solidant ossa fracta, aut abolēt à Solifugis insertum uenenum, aut etiã ocularias dissipant ægritudines. Sed qui oculis medetur, & coarguendis ualent furibus. Nam quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat. Vbi periurium non est, cernit clarius. Si perfidia abnuat, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admissum tenebris fatetur.

D 5 DE

DE SICILIA, ET PELOPORAIDE
terra, & de aquis memorandis, & montibus.

Cap. XI.

SI respiciamus ad ordinem tēporum, uel locorū, post Sardiniam res uocant Siculae. Primo, quod utraque insula in Romanam potestatem redacta, iisdem temporibus prouincia facta est, cū eodem anno Sardinia M. Valerius: alteram C. Flaminius praetor sortiti sunt. Adde quod freto Siculo excipitur nomen Sardoi maris. Ergo Sicilia, quod cum primis assignandum est, diffusis promontorijs triquetra specie figuratur. Pachynus aspectus in Peloponnesum, & meridianam plagam dirigit. Pelorus aduersam uespero Italia uidet. Lilybaeus in Africam extenditur. Inter quae Pelorias praestat, soli tēperamento egregia, quod neq; humido in lutū diluatur, neq; fathiscat inuagū puluerē siccitate. Ea ubi introrsum recedit, & in latitudinē pādatur, tres lacus obtinet. Quorū unus quod piscium copiosus est, nō equidē ad miraculum duxerim, sed quod ei proximus cōdensis arbustis inter uirgultorum opaca feras nutriat, & admissis uenātibus per terrenos tramites, quibus pedestres accessus excipit, duplicē piscādi uenādiq; praebet uoluptatē, numeratur inter eximia. Tertiū ara sacrū approbat, quae in medio sita, breuia diuidit à profundis. qua ad eā pergitur: aqua crurūtenus peruenit. Quod ultra est: nec explorari licet, nec attingi. Et sifiat, qui id ausus sit, malo plectitur, quātāq; sui partē ingurgitauerit, tantā it perditū. Ferūt quendā in haec alta quā longissimā poterat iecisse lineā, eam ut

eam ut recuperaret, dū demerso brachio nisum adiuuat, cadauer manum factam. Peloritana ora habitatur colonia Taurominia, quā prisci Naxum uocabant. Oppidū Messana Rhegio Italie oppositū est, quod Rhegiū à dehiscendi argumento ῥηγίου Græci dictitabant, Pachino multa thunnorum inest copia, echinis & omnibus marinantibus pisculentissimū, ac propterea semper captura larga. Lilybitano Lilybæum oppidū decus est, Sibyllæ sepulchro. Sicania diu ante Troiana bella Sicanus rex nomen dedit, aduectus cū amplissima Hiberorū manu. Post Siculus Neptuni filius. In hanc plurimi Corinthiorū, Argiuorū, Iliēsium, Doriensium, Cretensiū cōfluxerūt. Inter quos & Dædalus fabræ artis magister, principem urbium Syracusas habet. In qua etiam cū hyberno cōduntur serena, nullo nō die sol est. Adde quod Arethusa fons in hac urbe est. Eminent montibus Aetna, & Eryx. Vulcano Aetna sacer est, Eryx Veneri. In Aetnæ uertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erumpit uapor, præmissō prius fremitu, qui per æstuanter cauernarum latebras lōgo mugitu intra terræ uiscera diu uoluitur, nec ante flammarum globos attollit, quàm interni strepitus antecedant. Mirū hoc est: nec illud minus, quod in illa feruētis naturæ peruicacia mistas ignibus niues profert: & licet uastis exudet incēdijs, apicis canicie perpetua brumalem detinet faciem. Itaq; inuicta in utroq; uiolētia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. Sunt & alij mōtes duo, Nebrodes & Neptunius. E Neptunio specula est in pelagus Thuscū, & Adriaticū, Nebrodi damarū copia nomē dedit, quem damæ & himnuli

hinnuli gregatim peruagantur. inde Nebrodes dictus. Quicquid Sicilia gignit, siue soli, sine hominis ingenio, proximum est ijs quæ optima iudicantur, nisi quod fœtus terræ Centuripino croco uincitur. Hic primum inuenta Comœdia, hic & cauillatio mimica in scena stetit. Hic domus Archimedis, qui iuxta siderum disciplinam machinarius commentator fuit. Hic Lais illa, quæ eligere patriam maluit, quàm fateri. Gentem Cycloperum uasti testatur specus. Lestrygonũ sedes adhuc sic uocatur. Ceres inde magistra sationis frumentariæ. Hic ibidem campus Aetnensis in floribus semper, & omni uernus die. Quem propter demersum est foramen, quo Ditem patrem ad raptus Proserpinæ liberè exeuntem fama est in lucem ausum. Inter Catinam & Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoria, quorum nomina sibi diuersæ partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapias foit, & Amphinomus. si, quod malunt Syracusæ, Æmanthiam putabimus, & Critonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto, in quam se cum incendia Ætnæ protulissent, iuuenes duo sublato parente euexerunt inter flammæ, illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulchri locus nominaretur Campus piorum. De Arethusa & Alpheo uerum est hæcenus, quòd conueniunt fons & amnis. Fluminum abunde uaria miracula. Dianam, qui ad Camerinam fluit, nisi habitus pudicæ hauserit, non coibunt in corpus unum latex uineus, & latex aquæ. Apud Segestanos Herbesus in medio flumine subita exæstuatione feruescit. Acin quamuis demissum Ætna, nullus frigore anteuertit. Himereum
 cœlestes

*C*elestes mutāt plagæ. Amarus denique est, dum in aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur. Quanta in aquis, tanta est nouitas in salinis. Salem Agrigentinum si igni iunxeris, soluitur ustione: cui si liquor aquæ proximaauerit, crepitat ueluti torreatur. Purpureum Aetna mittit. in Pachyno translucidus inuenitur. Cætera salinarum metalla, quæ sunt aut Agrigentino, aut Centuripis proximantia, finguntur cautiũ ministerio. Nam illinc excidunt signa ad facies hominum, uel deorum. Thermitanis locis in sula est arundinum ferax, quæ accommodatissimæ sunt in omnem sonum tiliarum, siue præcentorias facias, quarũ locus est ad puluinaria præcinendi: siue uascas, quæ foraminum numeris præcentorias antecedunt: siue puellatorias, quibus à sono clariore uocamen datur: siue Gingrinas, quæ breuiores licet, subtilioribus tamen modis insonant: aut Miluinas, quæ in accentus exeunt acutissimos: aut Lydias, quas & Turarias dicunt, uel Corinthias, uel Aegyptias, alias uel à musicis per diuersas officiorum & nominum species separatas. In Halesina regione fons aliàs quietus & tranquillus cum siletur, si insonent tibiæ, exultabundus ad cantum eleuatur, & quasi miretur dulcedinem uocis, ultra margines intumescit. Gelonium stagnum tetro odore abigit proximates. Ibi & fontes duo. Alterum si sterilis sumpserit, fecunda fiet: alterum si fecunda hauserit, uertitur in sterilitatem. Stagnum Petrensiũ serpentibus noxium est, homini salutare. In lacu Agrigentino oleũ supernatat. Hoc pingue hæret arundinum comis de assiduo uolutabro, è quarum capillamentis legitur unguentum medicum contra

tra

tra armentarios morbos. Nec longe inde collis Vulcanius, in quo qui diuinæ rei operantur, ligna uitea super aras struunt, nec ignis apponitur in hanc congeriem, cū porricias intulerint. Si adest deus, sic sacrum probatur: sarmenta licet uiridia ignem sponte concipiunt, & nullo inflagrante, à litato numine fit incendium, ibi epulantibus alludit flamma, quæ flexuosis excessibus uagabunda, quem contigerit non adurit. Nec aliud est, quàm imago nuncia perfecti rite uoti. Idem ager Agrigentinus eructat limosas scaturigines: & ut uenæ fontium sufficiunt riuis subministrandis, ita in hac Sicilia parte solo nunquam deficiente, æterna reiectione terram terra euomit, Achaten lapidem Sicilia primum dedit, in Achatis fluminis ripis repertum, non uilem, cum ibi tantum inueniretur. Quippe inter scribentes eum uenæ naturalibus sic notat formis, ut cum optimus est, uarias præferat rerum imagines. Vnde annulus Pyrrhi regis, qui aduersus Romanos bella gessit, non ignobilis famæ fuit, Cuius gemma Achates erat, in quo nouem Musæ cū insignibus suis singulæ, & Apollo tenens citharam uidebatur, non impresis figuris, sed ingenitis: nunc diuersis locis apparet. Dat Creta, quem Coraliachatem uocant, corallo similem, sed illitum guttis auro micantibus, & scorpionum ictibus resistentem. Dat India reddentem nunc nemorum, nunc animalium facies, quem uidisse oculis fauet, quiq; intra os receptus sedat sitim. Sunt & qui usti redolent myrrhæ odorem. Achates sanguineis maculis irrubescit. Sed qui maxime probantur, uitream habent perspicuitatem, ut Cyprius. Nam qui sunt facie cerea abundantes, triuialiter

ter

ter negliguntur. Omnis ambitus huius insulae clauditur stadiorum tribus millibus.

De insulis Vulcaniis.

Cap. XII.

IN freto Siculo in *phesiæ* insulae. xxv, millibus passuum ab Italia absunt. Itali Vulcanias uocant. Nam & ipse natura soli ignea per occulta commercia aut mutuatur Aetnae incendia, aut subministrant. Hic dicta sedes deo ignium. Numero septem sunt, Liparae nomen dedit rex Liparus, qui eam ante Aeolum rexit. Alteram Hieram uocauerunt, ea praecipua Vulcano sacrata est, & plurimum colle eminentissimo nocte ardet. Strongyle tertia, Aeoli domus, uergit ad solis exortum, minime angulosa, quae flammis liquidioribus differt à ceteris. Haec causa efficit, quod ex eius fumo potissimum incolae praesentiscunt, qui nam flatus in triduo portedatur. Quo factum, ut Aeolus rex uetorum crederetur. Ceteras, Didymen, Ericusan, Phoenicusan, Euonymon, quonia similes sunt, dictas habemus.

EX TERTIO EUROPAE SINU,

Epeirus, Aetolia, Peloponnesus, Attica, Bœotia, Phocis: Multae insulae, & in his memoranda omnia.

Cap. XIII.

Tertius Europa sinus incipit ab Acroceraunijs montibus, desinit in Hellepontum. In eo apud Molossos, ubi Dodonaei iouis templum est. Tomarus mons est, circa radices cetero fonte nobilis Theopopo. In epeiro sacer fons est.

est, frigidus ultra omnes aquas, & spectatæ diuersitatis. Nam si in eum ardentem immergas facem, extinguit: si procul, ac sine igni admoueas, suopte ingenio inflamat. Dodone Ismaro celsa est. Delphi Cephiso flumine, Castalio fonte, & Parnasi iugis celebres. Acarnania Aracyntho eminet. Hæc ab Aetolia Pindus diuidit, qui Acheloum parit, cum primis Græciæ annibus præditum ueteri claritate. Nec iniuria, cum inter calculos, quibus ripæ eius micant, inueniatur Galactites, qui scrupulus ipse ater si teratur, reddit succum album ad lactis saporem. Fœminis nutrientibus illigatus fœcundat ubera: subnexus paruulis largiusculos haustus facit saliuarum. Intra os receptus, liquefcit. cum soluitur tamen, memoriæ bonum perimit: quem post Nilum Achelous dat, tertium nemo. Propter oppidum Patras Scioessa, locus nouem collium opacitate umbrosus, & radijs Solis fermè inuisus, nec aliam ob causam memorabilis, In Laconia spiraculum est Tænaron. Et Tænaron est promontorium, aduersum Africæ, in quo sanum est Methymnei Arionis, quem delphine eò aduectum imago testis est ærea, ad effigiem casus & ueri operis expressa. Præterea tempus signatum, Olympiade enim undetrigesima, qua in certamine Siculo idem Arion uictor scriptor scribitur, id ipsum gestum probatur. Est & oppidum Tænaron, nobili uetustate. Præterea aliquot urbes, inter quas Leuctræ, non obscure iam pridem Lacedæmoniorum fœdo exitu. Amyclæ silentio suo quondam pessundatæ. Sparta insignis cum Pollucis & Castoris templo, tum etiã Otryadis illustris uiri titulis. Theramne, unde primum cultus Dianæ. Pitane, quam

ne, quam Arcesilaus Stoicus inde ortus prudentiæ suæ merito in lucem extulit. Anthea, & Cardamyle, ubi quōdam fuerit Thyrræ, nunc Locus dicitur, in quo anno XVII. regni Romuli inter Lacones & Argiuos memorabile fuit bellum. Nam Taygeta mons, & flumen Eurotas notiora sunt, quàm ut stylo egeant. Inachus Achaiae amnis Argolicum secat tractum, quem rex Inachus à se nominavit, qui exordium Argivæ nobilitati primis dedit. Epidauro decus est Aesculapij sacellum, cui incubantes ægritudinum remedia capeßunt de monitis somniorum. Pallanteum Arcadiae oppidum, quod Palatio nostro per Euandrum Arcada appellationem dederit, sat est admonere, in qua montes Cyllene, & Lycaeus, Mænalus etiam Dijs alumnis inclaruerunt. Inter quos nec Herymanthus in obscuro est. Inter flumina Herymanthus Herymantho monte demissus est, & Ladon ille. Herculis pugnae hic planè clarescūt. Varro perhibet fontem in Arcadia esse, cuius interimat haustus. In hac terrarum parte de avibus hoc solum esse non indignum relatu comperimus, quod cum alijs locis Merula fulva sit, circa Cyllenem cãdidissima est, Nec lapidem spreuerimus, quem Arcadia mittit, Asbesto nomen est, ferri colore. Hic accensus semel extingui non potest. in Megarensium sinum Isthmos exit, ludis quinquennialibus, & delubro Nepuni inclytus, Quos ludos ea propter institutos ferunt, quod sinibus quinque Peloponnesi orae abluuntur. A septentrione Ionio, ab occidente Siculo, à brumali occidente Aegæo, à solstitiali oriente Myrtoo, à meridie Cretico. Hoc spectaculum per Cypselum tyrannum intermissum, Corinthij olympiade

E

olympiade

olympiade quadragesimanona solennitati pristinae red-
 diderunt. Ceterum Peloponeson a Pelope regnatam, nome-
 indicio est. Ea ut platani folium recessibus et prominentijs
 figurata, diuortium facit inter Ionium et Aegaeum mare,
 quatuor non amplius millibus disspescens utrunque littus, ex
 cursu tenui, quem Isthmon dicunt ob angustias. Hinc Hel-
 las incipit, quam proprie ueram uolunt esse Graeciam: Quae
 nunc Attica, Aetia prius dicta. Ibi Athenae, cui urbi saxa
 Scyronia propinqua sunt porrecta, sex millibus passuum
 ob honorem ultoris Thesei, et memoriam nobilis poenae
 sic nominata. Ex istis rupibus Ino se cum Palamone filio in
 profunda praecipitem iaculata, auxit maris numina. Nec
 Atticos montes in partem tacebimus. Est Icarus, est Bri-
 lessus, est Lycabetus, et Aegialus. Sed Hymetto merito
 ac iure attribuitur principatus, quod apprime florulentus
 eximio mellis sapore, et externos omnes, et suos uincit.
 Callirrhoë stupent fontem, nec ideo Cruneson fontem al-
 terum nulli rei numerant. Atheniensibus iudicij locus est
 Ariopagus, Maratho campus factus memorabilis opi-
 nione praelij crudelissimi. Et multae quidem insulae obiacent
 Atticae continenti, sed suburbanae ferme sunt. Salamis, Su-
 nium, Cos, Ceos, quae ut Varro testis est, subtilioris uestis
 amicula artelanicae scientiae prima in ornatum foemina-
 rum dedit. Boeotia Thebis enitet. Thebas condidit Am-
 phion, non quod lyra saxa duxerit, neque enim par est id
 ita gestum uiderit, sed quod affatus suauitate homines ru-
 pium incolas, et incultis moribus rudeis, ad obsequij ci-
 uilis pellegerit disciplinam. Urbs ista numinibus apud
 se ortis gloriatur, ut perhibent qui sacris carminibus
 Herculem

Herculem & Liberum celebrant. Apud Thebas Helicon lucus est, Citheron saltus, amnis Ismenius, fontes Arethusa, Oedipodia, Psammate, Dirce: sed ante alios Aganippe, & Hippocrene. Quos Cadmus literarum repertor primus, quoniam equestri exploratione primus deprehendisset, dum rimatur quænam adisset loca, incensa est licentia Poëtarum, ut pariter utrunque disseminaretur: scilicet quod eorum alter alitis equi ungula sollicitatus foret, alter potus facundia animas irrogaret, & quod aperta foret alitis equi ungula, & quod poti inspirationem facerent literariam. Eubœa insula laterum obiectu efficit Aulidis portum, seculis traditum Græcæ coniurationis memoria. Bœoti iidem sunt, qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephisus amnis, se in maria condit. In hac continentia Opuntius sinus, Larissa oppidum, Delphiranne quoque, in qua Amphiarai fanum, & Phidiacæ signum Dianæ. Varro opinatur duo in Bœotia esse flumina, natura licet separari, miraculo tamen non discrepante. Quorum alterum si ouillum pecus debibat, pullum fieri coloris, quem induerit. Alterius haustu quæcunque uellerum fusca sunt, in candidum uerti. Addit etiam, uideri ibi puteum pestilentem, cuius liquor mors est haurientibus. Perdices sanè cum ubique liberæ sint, ut aues uniuersæ, in Bœotia non sunt: nec cum uolant, sui sunt iuris, sed in ipso aëre quas transire non audeant, metas habent. Inde ultra notatos iam terminos nunquam exeunt, nec in Atticum solum transmeant. Hoc Bœotijs proprium. Nam quæ communia sunt omnibus, generatim post persequemur. Concinnantur à perdibus

nidi, munitione solerti. Spineis enim fruticibus ac surculis receptus suos uestiunt, ut animalia quæ infestant, arceantur à spinis surculorum. Ovis stragulum pulvis est, atque clanculo reuertuntur, ne indicium loci conuersatio frequens faciat. Plerunque foeminae trāsuehant partus, ut mares fallant, qui eos impatientius affligunt sæpissime adulantes. Dimicatur circa connubium, uictosq; credunt foeminarum uice Venerem sustinere. Ipsas libido sic agit, ut si uentus à masculis flauerit, fiant pręgnantes odore. Tunc si quis hominum ubi incubant propinquabit, egressæ matres uenientibus sese sponte offerunt, & simulata debilitate uel pedum, uel alarum, quasi statim capi, possint: gressus fingunt tardiores. Hoc mendacio sollicitant obuios & eludunt, quoad prouecti longius à nidis auocentur. Nec in pullis studium segnius ad cauendum. Cum enim uisos se perissentiscunt, resupinati glebularum pedibus attollunt, quarum obtectu tam callide proteguntur, ut lateant etiã deprehensi.

DE THESSALIA, ET MAGNESIA, ET
 altissimis montibus, & Philippo Macedonũ Rege, cui
 alter oculus ad Methonen erutus est. Cap. XIII.

Thessalia eadem est & Hæmonia, quam Homerus
 πελασγικὸν ἄργυρον nominat: ubi genitus Hellẽ,
 à quo reges Hellenes nominati. Huius à tergo Pieria ad
 Macedoniam protenditur, quæ deuicta sub Macedonum
 uenit iugum. Multa ibi oppida, flumina multa. De oppi-
 dis egregia sunt Phthia, Larissa, Thessalia, & Thebæ.
 De amnibus Peneus, qui propter Oßam Olympumq; de-
 currens, collibus dextra leuaq; molliter curuis, nemoro-
 sis conuallibus Thessalica facit tempe, undisq; apertior
 Macedoniam & Magnesium interluens, in Thermæum
 sinum cõditur. Thessaliæ sunt Pharsalici campi, in qui-
 bus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ. Ac ne in
 montes notos eamus, Pindum & Othryn agitent, qui La-
 pitharum originem prosequuntur. Oßam, quos Centau-
 rorum fabulis immorari iuuat. Pelion autem nuptiale cõ-
 uiuium Thetidis atque Pelei in tantum notitiæ obtulit,
 ut taceri de eo magis mirum sit. Nam Olympum ab Ho-
 mero non per audaciam celebratum docent, qui in eo ui-
 sitantur. Primum excellenti uertice tantus attollitur, ut
 summa eius cœlum accolæ uocent. Ara est in cacumine
 Ioui dedicata, cuius altaribus siqua de extis inferuntur,
 nec diffiãtur uëtosis spiritibus, nec pluuijs diluuntur, sed
 uoluente altero anno cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi
 reperiuntur. Et omnibus tẽpestatibus à corruptelisaurarũ
 uindicatur, quicquid ibi semel est Deo cõsecratũ. Literæ

in cinere scriptæ usque ad alteram anni ceremoniam per-
manent. In regione Magnesia Methone oppidum situm
est, quod cum obsideret Philippus Alexandri Macedo-
nis magni pater, damnatus est oculo ictu sagittæ, quam
iecerat Asteroppidanus inscriptam suo nomine, loco uul-
neris, nomine, quem petebat, Populum istum callere ar-
tem sagittariã credere possumus uel de Philoëtete, quo-
niã Melibœa in hoc pede cõputatur. Sed ne transeamus
præsidia poëtarũ, fons Libethrus & ipse Magnesiæ est.

DE MACEDONIA, ET REGVM SVC-
cessione, ac Peanite lapide

Cap. xv.

Qui Edonij quõdam populi, quæq; Mygdonia erat
terra, aut Pieriũ solum, uel Aemathiũ, nunc omne
uniformi uocabulo Macedonica res est:
& partitiones, quæ specialiter antea seiungebantur, Ma-
cedonum nomini contributæ, factæ sunt corpus unũ. Igi-
tur Macedoniam præcingit Thracius limes, meridiana
Thessaliæ Epirotæ tenet. à uesperali plaga Dardani sunt
& Illyrij, qua septentrione tãditur, Pœonia ac Pelagoni-
ca protegitur. A Triballis, môtanis excessibus aquilonio
frigori obiecta. Inter ipsam & Thraciam Strimo amnis
facit terminum, qui ab Hemi iugis irrigatur. Verũ ut si-
leã aut Rhodopẽ Mydoniũ môtẽ, aut Atho classibus Per-
siciis nauigatũ, cõtinentiq; abscissum mille quingëtorũ pas-
suũ longitudine, simul de auri uenis, & argëti, quæ op-
timæ in agris Macedonũ, & plurimæ eruuntur, Orestida
dena

dem dicam, Populi sunt, qui ut Orestidæ dicerentur, inde coeptum. A Mycenis profugus matricida, cum abscessus longius destinasset, natum sibi in Aemathia paruulum de Hermione, quem in omneis casus sociã a sciuerat, hic mādauerat occulendum. Adoleuit puer in spiritu regij sanguinis, nomen patris sui referens. Occupatoq; quicquid esset quod procedit in Macedonicum sinum, & Adriaticum salum, terram cui imperitauerat, Orestiden dixit. Admonet Phlegra, ubi antequam oppidum fieret, rumor est militia mūdi dimicatum cum Gigantibus, ut penitus persequamur quātis probationibus ibidem imperij indicia diuinæ expeditionis in hoc seculo perseuerarint. Illic siquando ut accidit, nymphis torrentes excitātur, & aucta aquarum pondera ruptis obicibus ualentius se in cāpos ruunt eluuiione, ossa etiam nunc ferunt detegi, quæ sunt ad instar corporis humani, sed modo grādiorē, quæ ob enormem magnitudinem monstrofi exertus iactitant extitisse, idq; adiuuatur argumēto saxorum immanium, quibus oppugnatum cœlum crediderunt, Pergam ad residua, quæ in Thessaliam & Hæmoniam porriguntur. Sunt enim arctiora, quàm usquam proceritas mōtana attingi ualeat. Nec est in terris omnibus, quod meritò ad istas eminentias comparetur, quippe quas solas diluuialis irruptio cum uniuersa obduceret humido situ, inaccessibleis reliquit. Durant uestigia non languidæ fidei, quibus apparet hos locos superstites undosæ tempestati fuisse. Nā in latebrosis rupium cauaminibus, quæ fluctuū cōfligijs tūc adesa sunt, reduuiæ cōchyliorū resederūt. & alia multa, quæ affatim mari icito expuūtur. Ita ut sint

E 4 licet

licet facie mediterranea, appareant tamen specie littorali. Nunc de incolis reddam. Aemathius, qui primus in Aemathia accepit principatum, seu quia indago originis eius a quo disperijt, seu quia alta res est, genuinus terrae habetur. Post hūc in Macedonijs exortum Aemathiae nomen perstitit. Sed Macedo Deucalionis maternus nepos, qui solus cum domus suae familia morti publicae superfuera, uertit uocabulum, Macedoniāq; à se dixit, Macedonē Caranus insequitur, dux Peloponnesiacae multitudinis, qui iuxta responsum datum à Deo, ubi caprarium pecus resedissee aduerterat, urbem condidit, quā dixit αἰρυαυ, in qua sepeliri reges mos erat: nec alter excellentium uirorum bustis apud Macedonas priscos datur locus. Succedit Carano Perdica II & XX Olympiade, primus in Macedocia rex nominatus, cui Alexander Amynthae filius diues habitus est, nec immeritò. Ita enim affluēter successus eius ampliādis opibus proficiebāt, ut ante omneis Apollini Delphos, Ioui Elidē statuas aureas dono miserit. Voluptati aurium indulgētissime deditus, sicut plurimos qui fidibus sciebant, dnm uixit, in usum oblectamenti donis tenuerit liberalibus, inter quos & Pindarum Lyricum. Ab hoc Archelaus regnum excepit, prudens rei bellicae, naualium etiam commentor preliorum. Is Archelaus in tantum literarum amator fuit, ut Euripidi Tragico cōsiliorū suorum summam crederet. Cuius suprema non contentus prosequi sumptu funeris, crimem tōsus est, & mærorē quē animo cōceperat, uultu publicauit. Idem Archelaus Pythias & Olympicas palmas quadrigis adeptus, Græco potius animo, quā regali gloriam

Gloriam illam præ se tulit. Post Archelaum Macedonia
 res disensione iactata in Amynthæ regno stetit, cui tres
 liberi, sed Alexander patri succedit. Quo exempto, Per
 dicæ primū data copia amplissimæ potestatis, qui obiēs
 hæreditarium regnum fratri Philippo reliquit, quē ca-
 ptum oculo dextro apud Methonē supra diximus: cuius
 q̄; debilitatis omē præcefferat, Nam cum nuptias ageret,
 acciti tibicines carmen Cyclopeum quasi de colludio cō
 cinuisse tradūtur. Hic Philippus magnum procreat Ale
 xandrum, quamlibet Olympias Alexandri mater nobilio
 rem ei patrem acquirere affectauerit, cum se coitu draco
 nis consatam affirmaret. Ita tamen ipse egit, ut Deo geni
 tus crederetur. Peragravit orbem, rectoribus Aristotele
 & Calisthene usus: subegit Asiam, Armeniam, Iberiam,
 Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum,
 Caucasumq̄; transgressus est. Bactras domuit. Medis &
 Persiis imperavit, cepit Indiam, emensus omnia ad quæ
 Liber & Hercules accesserāt. Forma supra hominem au
 gustiore, ceruice celsa, lætis oculis, & illustribus, malis
 ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis lineamentis
 nō sine maiestate quadam decorus. Victor omnium, ui-
 no & ira uictus. Morbo uinolentiæ apud Babylonem hu
 miliore, quàm uixerat, fortuna exemptus. Post quem qui
 fuerunt, magis ad segetem Romanæ gloriæ, quàm ad hæ
 reditatem tanti nominis ortos inuenimus. Macedonia la
 pidem gignit, quem Pæantidem uocant, Hūc eundem
 & concipientibus & parientibus opitulari,
 fama prodiga est. Circa Tyresia sepul
 chrū plurimus inuenitur.

Thra

THRACVM MORES, ET INSTITV-
ta, & prouinciae situs ac natura.

Cap. XVI.

NVnc in Thraciam locus est pergere, & ad ualidif-
simas Europae gentes uela obuertere. Quas qui se-
dulò experiri uelit, non difficulter deprehendet, Thra-
cibus barbaris inesse contemptum uite, & ex quadam
naturalis sapietiae disciplina cōcordant omnes ad interi-
um uoluntarium, dum nonnulli eorum putat obeuntium
animas reuerti, alij non extingui, sed beatas magis fieri.
Apud plurimos luctuosa sunt puerperia. Deniq; recen-
tem natum fletu parens excipit. Contrauersum laeta sunt
funera, adeò ut exemptos gaudio prosequantur. Uxorū
numero se uiri iactitant, & honoris loco ducunt multi-
plex coniugium. Quae foeminae tenaces sunt pudicitiae,
defunctorum insiliunt coniugum rogos: & quod maxi-
mum insigne ducunt castitatis, praecipites in flamas eunt.
Nupturae nō parentum arbitratu transeunt ad maritos,
sed quae praeceteris specie ualent, subhastari uolunt, &
licentia taxationis admissa, nō moribus nubunt, sed praemijs.
Quas formae premit dedecus, dotibus emunt, quibus
coniungantur. Uterq; sexus epulantes, focos ambiunt,
herbarum quas habent, semine ignibus superiecto. Cu-
ius nidore percussi, pro laetitia habent imitari ebrietatē
sensibus sauciatis. De ritu ista sunt, De locis & populis,
quae sequuntur. Strymonem accolunt dextro latere Dē-
salatae. Bessorum quoq; multa nomina ad usque Nestum
amnem, qui radices Pangei circumfluit. Hebrum Odry-
sarum

farum solum fundit, qui fluuius excurrit inter Briantas,
 Dolancas, Thunos, Corpillos, aliosq; barbaros tangit,
 & Cyconas. Deinde Hemus sex millibus passuum arduus,
 cuius auersa Mæsi, Getæ, Sarmatæ, Scythæ, & plurimæ
 incidunt nationes. Ponticum littus Sithonia gens ob-
 tinet, quæ nato ibi Orpheo uate decus addidit nomini.
 Quem siue sacrorum, siue cantuum secreta in Sperchio
 promontorio agitasse tradunt. Deinde stagnum Bisto-
 nium, nec longè regio Maronea, in qua Tyrida oppi-
 dum fuit, equorum Diomedis stabulum. Sed cecit æuo,
 solumq; turris uestigium adhuc durat. Inde non pro-
 cul urbs Abdera, quam Diomedis soror & condidit, &
 à se sic uocauit. Mox Democriti domus physici: ac, si ue-
 rum rimere, ideo nobilior. Hanc Abderam Olympiade
 prima & tricesima senio collapsam Clazomenij ex Asia
 ad maiorem faciem restitutam, obliteratedis quæ præces-
 serant, nomini suo uindicarunt. Locum Doriscon illu-
 stem reddidit Xerxis aduentus, quòd ibi recoluit mili-
 tis sui numerum. Polydori tumulum ostendit Hæmus in
 parte quam Aroteres Scythæ celebrant. Quondam ur-
 bem Geraniam, Cattruzan Barbari uocant, unde à grui-
 bus Pygmæos ferunt pulsos. Manifestum sanè est, in se-
 ptentrionalem plagam hyeme grues frequentissimas cõ-
 uolare. Nec piguerit meminisse, quatenus expeditiones
 suas dirigant. Sub quodam militiæ eunt signo, & ne per-
 gentibus ad destinata uis flatuum renitatur, arenas de-
 uorant, sublatisq; lapillulis ad moderatam grauita-
 tem saburrantur: tunc se tollunt in altissima, ut de ex-
 celsiore specula metentur, quas petant terras. Fidens
 meatu

meatu præit cateruas. Volatus desidiã castigat uoce,
 quæ cogit agmen. Ea ubi obraucata est, succedit alia. Põ
 tum transituræ, angustias captant. Et quidem eas prom-
 ptum est oculis deprehendere, quæ inter Tauricam sunt
 & Paphlagoniam, idest inter Caramben, & λεῖοῦ μέτω
 πον. Cum trās medium alueum aduētasse se sciunt, scru-
 pulorum sarcina pedes liberant, ita nautæ prodiderunt,
 cõpluti sæpe ex illo casu imbre saxatili. Arenas non prius
 euomūt, qua securæ cædis suæ fuerint. Cõcorscura omniũ
 pro fatigatis, adeò ut si quæ defecerint, congruāt uniner
 se, lassasq; sustollant, usque dum uires ocio recuperētur.
 Nec in terra cura segnior. Excubias nocte diuidūt, ut ex
 somnijs sit decima quæq;. Vigiles ponduscula digitis am-
 plectuntur, quæ si forte exciderint, somnũ coarguant.
 Quod cauendum erit, clangore indicant. Aetatẽ in illis
 prodit color, nigrescunt enim senectute. Veniamus ad
 promontorium Chrysoceras, Byzantio oppido nobile,
 antea Lygos dictũ, quod à Dyrrachio abest septingentis
 undecim millibus passuum. Tantũ enim patet inter Adria-
 ticum mare, & Propontidem. In Cænica quoq; regione
 non longe à Flauiopoli colonia, Byzia oppidũ, quondã
 arx Terei regis, nunc inuisum & inaccessum hirundini-
 bus, & deinceps alitibus alijs: quanquam & Thebas,
 quod illi mœnia sæpius capta sint, aspernentur subire.
 Nam inter cætera habere illas quiddam præscium, inde
 noscitur, quod lapsura non petunt culmina, & aspernã-
 tur peritura quoquo modo tecta. Minime certè à diris
 quibus impetũtur, nec unquã præda sunt, ut sacræ. cibos
 nunquam sumunt residentes, sed in aere capiunt escas, &
 hauriunt

hauriunt. Alter Isthmos in Thracia est similibus angustijs, & pari latitudine arcti maris, cuius littora duæ urbes utrinq; secus ostentant. Propontidis oram insignit Paetæ, Melanem sinum Cardia: quæ quod in cordis faciem sita sit, dicta Cardia est. Omnis autem magnus, Helle Pontus stringitur in stadia septem, quibus ab Europa Asiaticam plagam uindicat. Hic quoq; urbes duæ, Abydos Asiæ est, & Sestos Europæ, Deinde contraria inter se promontoria, Mastusia Cherronesi, ubi finitur Europæ sinus tertius: Sigæum Asiæ, in quo tumulus est Cynossema dictus. Hecubæ sepulchrum, & turris Protefilai delubro data. Finibus Thraciæ à septentrione Ister obteditur, ab oriente Pötus, ac Propötis. A meridie Aegeum mare.

INSVLÆ, CLAROS, CUIVS FACIES

Aegæo mari nomen dedit, Cythera, Creta, in qua multa referuntur, quæ tum ad animalium omnium genera, tum ad plantas pertineant. Carystos, cum aquis Hellopijs mire salubribus. Cyclades, Sporades, Atho montis umbra

Cap. xvii.

INter Tenedum & Chium est Claros insula, qua Aegeus sinus panditur, ab dextra Antandrum nauigantibus saxum est. Hoc enim uerius, quam insula meruit cognominari. id quoniam uisentibus procul capræ simile creditur, quam Græci αἰγᾶν nuncupant, Aegæus ab eo sinus dictus est. A Phalauro Corcyre promontorio ad nauis effigiem scopulus eminent, in quæ transfigurata Vlyssis nauem crediderunt. Cythera, quæ à Malea abest quinque millibus

millibus passuum, Porphyrus antea nomen fuit. Pronius est Cretam dicere, quam absoluere in quo mari iaceat. Ita enim circumflui illius nomina Graeci permiscuerunt, ut dum alijs alia inferunt, penè obduxerunt uniuersa. Quanta possumus tamē fide in designanda operam locabimus, ne quid hæreat sub ancipiti. Inter ortum porrigitur & occasum tractu longissimo. hinc Græcia, inde Cyrenis obiacentibus. A Septentrione Aegæis, & suis, id est, Creticis æstibus uerberatur. Ab Austro Libycis undis perfunditur, & Aegyptijs, cōstipata cētū urbibus, sicut perhibet & prodigè lingua largiti sunt, sed magnis & ambitiosis oppidis. Quorū principatus est penes Gortynam, Cydonam, Gnoson, Therapnē, Scylleti. non Dosiades eā à Crete nympha Hesperidos filia, Anaximader à Crete rege Curetū, Crates Aeriam prius dictā, mox Curetim, nonnulli etiā à tēperie coeli μακρογόνησιν appellatā prodiderūt. Prima mari potuit nauibus, & sagittis, prima literis iura iunxit, Pyrrhica docuit, Pyrrho repertore. Equestres turmas prima docuit lasciuas uertigines implicare. Ex qua disciplina bellicæ rei usus datus est. Studiū musicum inde cœptū, cum Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehensos in uersificū ordinem trastrulissent. Albet iugis montiū Dictinnæi & Cadischi, qui ita excādescunt, ut eminus nauigantes magis putent nubila. Præter cæteros Ida est, qui ante solis ortum uidet. Varro in libro quem de littoralibus fecit, etiam suis temporibus affirmat sepulchrum Iouis ibi uisitatum. Cretes Dianam religiosissime uenerantur, Βρῖθόμαστρυ gentiliter nomenclantes, quod sermone nostro sonat uirgine dulcē. Aedē

numinis

numinis præterquam nudus uestigia nullus licito ingreditur. Ea ædes ostentat manus Dædali. Gortynam amnis Lethæus præterfluit, quo Europam Tauri dorso Gortyni ferunt uectitatam. Iidem Gortyni & Cadmum colunt Europæ fratrem. Ita enim memorant. Videtur hic, & occurrit, sed die iam uesperato augustiore se facie uisendū offerens, Gnosij Mmeruam ciuem deam numerant, primumq; apud se fruges satas affirmant, audacter cum Atticis contendentes. Ager Creticus syluestrium caprarum copiosus est, ceruo eget: Lupos, uulpes, aliaq; quadrupedum noxia nusquam educat. Serpēs nulla, larga uitis, mira soli indulgentia, arborum prouentus abundantes. Nā in huius tantum insulæ parte repullulant cæse cupressi. Herba ibi est quæ ἄλιμος dicitur. Ea admorsa diurnam funem prohibet. Proinde & hæc Cretica est. Phalangiū aranei genus est: si nisum quæras, nulla uis corporis: si potestatem, ictum hominem ueneno interficit. Lapis quoque Idæus Dactylus dicitur, insulæ istius alumnus, coloris ferrei, humano pollicis similis. Auem noctuam Creta non habet: & si inuchatur, emoritur. Carystos aquas calenteis habet, quas ἑλλοπρίας uocāt: & Carystias auis, quæ flammam impunè inuolant. Carbasa etiam, quæ inter igneis ualent. Chalcis eadem habita est apud priscos, ut Callidemus autor est, ære ibi primūm reperto. Titanas in ea antiquissime regnasse, ostendunt ritus religionum. Briareo enim rem diuinam Carystij faciunt, sicut Aegæoni Chalcidenses, Nam omnis fermē Eubœa Titanum fuit regnum. Cycladas autumant inde dictas, quia licet spicijs longioribus à Delo proiectæ, in orbem tamen circæ Deium

Delum sita sunt, & orbem κύκλου Graij ferunt. Ios Hōmeri tumulo cæteras antecedit. Meminisse hoc loco par est, post primum diluuium Ogygij temporibus notatum cum nouem & amplius mēsis diem continua nox inumbrasset, Delon ante omnes terras radijs solis illuminatā, sortitamq; ex eo nomen, quòd prima reddita foret uisibus. Inter Ogygium sanè & Deucalionem mediū æuum DC annis datur. Eadem & Ortygia, quæ clarissima est, in Cycladum numero multifariè traditur. Nunc Asteria à cultura Apollinis, nunc à uenatibus Lagia, uel Cynethus, Pырpole etiam, quoniam & ignitabula ibi, & ignis inuenta sunt. In hac primum uisæ coturnices aues, quas ὄρνυγας Græci uocāt. Has easdem in Latonæ tutela existimant constitutas: nec semper apparent, adueniendi habent tempora æstate depulsa. Cum maria tranant, impetus differunt, & metu spacij lōgioris uireis suas nutriūt tarditate. Vbi terram persentiscunt, coeunt cateruatim, deinde globatæ uehementius properant, quæ festinatio plerunq; exitium portat nauigantibus. Accidit enim plerunq; noctibus, ut uela incidāt, & præpōderatis sinibus alueos inuertant. Austro nunquam exeunt, nam metuūt uim flatus tumidioris. Plurimum se Aquilonibus credūt, ut corpora pinguiuscula, at que eo tarda facilius prouehat siccior & uehementior spiritus, ὄρνυγομῆτις γὰρ dicitur, quæ gregem ducit. eandem terræ proximant em accipiter speculatus rapit. Ac propterea opera est uniuersis, ut sollicitent ducem generis externi, per quem frustrantur prima discrimina. Cibos gratissimos habent, semina uenenorum: quam ob causam eas damnauere prudentium

dentium musæ. Solum hoc animal, præter hominẽ, morbum patitur comitiale. Eubœa tam modico æstu diuisa est à Bœotiae continenti, ut dubitandũ sit, an numerari inter insulas debeat. Nam latere, quem uocant Euripum, terræ ponte iungitur, & per fabricam breuissimæ machinæ aditur pede. Ceneo promotorio uadit in septentrionem, duobus alijs in meridiẽ extenditur, quorum Gerastos spectat Atticam, Capharæus prominet in Hælespontum. Vbi post Ilij excidium Argiuam classem uel Mineruæ ira, uel, quod certior prodit memoria, sidus æturi grauibus affecit casibus. Marmore Paros nobilis, à Delo oppido frequentissima, prius tamẽ Minoia quàm Paros dicta. Nam subacta à Minoë, quoad in Creticis mã sit legibus, Minoiam loquebantur. Præter marmora dat & Sardam lapidem, qui marmore quidem præstat, inter gemmas uerò uilissimas ducitur. Naxum à Delo duodeuiginti millia passuum separant, in qua Strongyle oppidum. Sed Naxos Dionysia prius quàm Naxos dicta, uel quia hospita Libero patri, uel quòd fertilitate uitium uincat cæteras. Sunt præterea Cyclades plurimæ, sed in supradictis præcipuum est quod memoriæ debeatur. De Sporadibus est & Icaros, quæ Icario mari nomen dedit. Hæc inter Samum & Myconum procurrētibus saxis inhospita, ac nullis sinibus portuosa, ob inhumana littora infamis est. Vult ergo Varro Icarum Creten ibi naufragio interiisse, & de exitu hominis impositũ nomẽ loco. Nã in Samo nihil nobilius quàm Pythagoras ciuis, qui mox offensus fastu tyrannico, relicta domo patria, Bruuto cõsule, qui reges urbe exegit. Italiã aduectus est. Me-

F los.

los, quam Callimachus μελένιοι^α dixit, omnium insularum rotundissima est, iuxta Aeoliā. Nā Carpathus ipsa est, à qua Carpathium sinum dicimus. Nunquam ita caelum nubilū est, ut in sole Rhodos nō sit. Lemnij Vulcanum colūt, ideo in Lemno metropolis Hephæstia. Præter ea oppidum Myrina: in cuius forum mons Athos è Macedonia umbrā iacit. Quod non frustra inter miracula notauerunt, cum Athos à Lemno sex & octoginta millibus passuum separetur. Est sanè Athos sublimis adeò, ut altior æstimetur, quàm unde imbres cadūt. Quæ opinio eò fidem concepit, quod in aris quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur, nec quicquam ex aggeribus suis perdūt, sed quo relictī fuerint cumulo permanēt. In summo oppidū Acrothon fuit, in quo dimidio longior, quàm in alijs terris incolentiū ætas prorogabatur. Ideo inde homines μακροβίους Græci, nostri appellauere longæuos.

EX QVARTO EVROPÆ SINU,
Helleſpōtus, Propontis, Bosphorus Thracius, & mira de Delphinis.

Cap. xvii.

Quartus Europa sinus Helleſponto incipit, Mœotidis ostio terminatur. Atque omnis hæc latitudo, quæ Europam Asiāq; diuidit, in septem stadiorū angustias stringitur. Hic est Helleſpontus, hanc Xerxes ponte nauibus factō permeauit. Tenuis deinde Euripus porrigitur ad Asiæ urbē Priapū, quam magnus Alexāder potiūdi orbis amore trāscendit, & potitus est.

Inde

Inde diffusus equore patentissimo rursus stringitur in Propontidē, mox in quingētos passus coarctatur, fitq; Bosphorus Thracius, quā Darius copias trāsportauit. Hæc profunda delphinās plurimos habent, in quibus causæ miraculi multiformes. Ante oīa nihil uelocius habent maria, sic ut plerūq; salientes trāsuolēt uela nauū. Quo quò eāt, cōiuges euagātur. Catulos edūt. decimus mensis maturū facit partū. Lucinā æstiuus dies soluit. Vberibus foetus alūt. Teneros in faucibus receptāt. Inualidos aliquātiſſer proſeqūtur. In tricesimū annū uiuūt, quod exploratū est in experimētū candis amputatis. Ora nō quo ceteræ belluæ loco habēt, sed fermè in uentribus. Contra naturā aquatiliū soli linguas mouēt. Aculeatæ sūt spinæ dorsuales: cum ira subiacet, inhorrescūt. cū animi cōquiescūt, quibusdā receptaculis operiūtur. Spirare eos in aquis negāt, & uitales auras nō nisi in aëre supero recipere. Pro uoce gemitus est, similis humano. Certū hñt uocabulū, quo accepto uocātes sequūtur. Nā propriè Simones nominantur. Voces hominū Aquilonis flatu celerius hauriūt. Cōtrā austro spirante auditus obstruūtur. Mulcētur musica, gaudēt cantibus tiliarū: ubicūq; symphonia est, gregibus aduētāt. D. Augusto principe, in Cāpania delphinē puer fragmētis panis primo illexit: & in tātū cōsuetudo ualuit, ut alēdū se etiā manibus ipsius crederet. Mox cū prolusisset puerilis audacia, intra spacia eū Lucrini lacus euectauit. Vnde effectū, ut à Baiano litore equitantē puerum Puteolos usque perueheret: hoc per annos plurimos tandiu gestū est, donec assiduo spectaculo desineret miraculum esse quod gerebatur. Sed

ubi obiit puer, sub oculis publicis desyderij mœrore delphin interijt. Pigeret hoc asseuerare, ni Mecœnatis, & Fabiani, multorūq; præterea esset literis cōprehensum. In Africano mox littore apud Hipponem Diarrhyton Delphin ab Hippouensibus pastus tractandum se præbuit, impositos quoque frequenter gestauit. Nec populi tantum manibus acta res est. Nam & proconsul Africæ Flavianus ipse eum contigit, unguentis etiam delibuit, qui odoris nouitate obsopitus, aliquātisper pro exanimi iactatus est, multisq; mensibus desciuit à solita conuersatione. Apud Assum urbem Babylonie puerum delphinus adamauit, quem dum post asueta colludia recedētem impatientius sequitur, arenis inuectus hæsit. Alexander Magnus amorem illum numinis fuisse interpretatus, præfecit puerum Neptuni sacerdotio iuxta eandem urbem, ut Egesidemus autor est, Alium puerum Hermiam nomine, per maria similiter insidentem, cum undosior fluctus necasset, delphin ad terram reuexit, & uelut fateretur reatum, pœnitentiam suam morte multauit, nec reuerti uoluit amplius in profunda. Suppetunt & alia exempla, ut Arionem trāseamus, cuius exitum annaliū fides comprobauit. Ad hæc siquādo lasciuunt noui foetus, à maioribus datur adultior gregi custos, quo magistro eludere impetus incursantiū belluarū addiscāt: quanquā ibi præter Phocas rara bellua est. Plurimus Thynnus in Pōto, nec alibi penè foetificāt. Nusquā enim citius adolescūt, scilicet ob aquas dulciores. Illabūtur ueris tēpore, intrāt dextro littore, læuo exeunt. hoc inde accidere credunt, quòd dextris oculis acutius cernunt, quàm sinistris.

DE

DE ISTRO, HYPANI, ET BORV-
sthene fluuijs, & Scythiæ parte, & de memorãdis fe-
rè omnibus quæ in his nascantur locis.

Caput. XIX.

Ister Germanicis iugis oritur, effusus mōte, qui in Rau-
racos Gallia spectat: sexaginta annis in se recipit,
omnes fermè nauigabiles, septem ostijs Pontum influit:
quorū primū Peuce, secundū Narcustoma, tertium Calo-
stoma, quartū Pseudostoma. Nam Boreostoma, ac dein-
de Stenostoma, languidiora sunt cæteris. Septimū uerò
pigrum, ac palustri specie, non habet quod anni compa-
retur. Priora quatuor adeo magna sunt, ut per longitu-
dinem quadraginta milliū passuum non misceantur æquo-
ri, dulcemq; haustum incorrupto detineant sapore. Per
uniuersum Pontū fiber plurimus, quē alio uocabulo di-
cūt castorē. Lutræ similis est, animal morsu potētissimū,
adeò ut cum hominem inuadit, conuentū dentiū nō prius
laxet, quā concreuisse persenserit ossa fracta. Testiculi
eius appetuntur in usum medelarū, idcirco cū urgeri se in-
telligit, ne captus prosit, ipse geminos suos deuorat. Mit-
tit Pontus & gemmas, quas à patria Ponticas dicimus,
genere diuerso. Aliæ aureas, aliæ sanguineas habet stel-
las, & hæ quidem inter sacras habentur. Nanq; ostenta-
tioni potius quàm usui deleguntur. Non guttis asperse
sunt, sed longis colorum ductibus liniuntur.

De Hypani, & Borusthene. Caput XX.

AMnis Hypanis oritur inter Auchetas, Scythicorū
amniū princeps, purus, & haustu saluberrimus,
F 3 usq; dum

usq; dū Callipodū terminis inferatur, ubi fōs Exāpeus in
 famis est amara scaturigine, qui Exāpeus liquido admi-
 stus fluori, amnē uitio suo uertit, adeò ut dissimilis suū
 in maria cōdatur. Ita inter gentiū opiniones fama de Hy-
 pane discordat: qui in principijs eū norunt, prædicant.
 qui in fine experti sunt, nō iniuria execrātur. Apud Neu-
 ros nascitur Borysthenes flumen, in quo pisces egregij
 saporis, & quibus ossa nulla sunt, nec aliud quàm carti-
 lagines tenerinæ. Verū Neuri, ut accepimus, æstatis tē-
 poribus in lupos transfigurantur: deinde exacto spatio,
 quod huic sorti attributū est, in pristinā faciē reuertun-
 tur. Populis istis deus Mars est. pro simulacris enseis co-
 lūt, homines uictimas habēt, ossibus adolent ignes focor-
 rum. Geloni ad hos proximant. de hostium cutibus & si-
 bi indumenta faciūt, & equis suis tegmina. Gelonis Aga-
 thyrsi collimitantur, cæruleo picti colore, fucatis in cœ-
 rulum crinibus, nec hoc sine differētia: nam quanto quis
 altero præstat, tanto propēsiore nota tingitur, ut sit in-
 dicium humilitatis minus pingi. Pōst Antropophagi, quē-
 bus execrandi cibi sunt humana uiscera, quem morē im-
 piæ gentis, adiacentiū terrarū prodit tristissima solitu-
 do, quas ob nefarium ritū finitimæ nationes metu profu-
 gæ reliquerunt: & ea causa est, ut usque ad mare quod
 Tabim uocant, per longitudinē eius oræ, quæ a stiuo oriē-
 ti obiacet, sine homine terra sit, & immēsa deferta, quo-
 ad perueniatur ad Seras. Chalybes & Dacæ in parte A-
 siaticæ Scythiæ crudelitate ab immanissimis nihil discre-
 pant. At Albani in ora gētes, qui posteros se Iasonis cre-
 ai uolūt, albo crine nascuntur, caniciem habent ac spiciū
 capillorū.

capillorū. Ergo capillorū color gēti nomen dedit. Glauca oculis inest pupilla, ideo nocte plus quā die cernūt. Apud hos populos nati canes feris omnibus anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt, detinent quicquid obiectū est, Quibus ex causis meruerūt etiam annalibus tradi. Legimus petenti Indiā Alexandro à rege Albania dono duos missos: quorum alter sues sibi & ursos oblatos usq; adeò spreuit, ut offensus degeneri præda, ignauo similis diu accubaret, quē per ignorantiam uelut inertem Alexander extingui imperauit. Alter uerò monitu eorū qui donū profecuti erant, leonē missum necauit. Mox uiso Elephanto notabiliter exultans, belluā primū astu fatigauit, deinde cū summo spectantiū horrore terræ affixit. Hoc genus canū crescit ad formam amplissimam, terrificis latratibus, ultra leones rugitibus insonans. Hæc sunt de canibus Albanis, reliqua cōmunia uniuersis. Dominos equaliter canes omnes diligūt, sicut exemplis palam factū est. In Epeiro deniq; domini percussorem in cœtu agnitū latratu canis prodidit. Iafone Lycio interfecto, canis ipsius aspernatus cibū inedia obiit. Lysimachi regis canis flammis se iniecit, accēso domini rogo, & pariter igni absumptus est. Garamantū regē ducētī canes ab exilio reduxerunt, præliati aduersus resistētes. Colophonij, & Castabalenses, canibus in bella productis primas acies instruebant, Appio Iunio, & P. Silio C O S S. damnatum dominum canis cum abigi non posset, comitatus in carcerem, mox percussus, ululatu prosecutus est. Cumq; ex miseratione populi Romani potestas ei cibi fieret, ad os defuncti escam tulit. Vltimò abie-

Etum in Tyberim cadauer adnatans, sustentare conatus
 est. Canes soli nomina sua recognoscunt, itinerum memi-
 nerunt. Inde coitus tempore in saltibus canes foeminas re-
 ligant, ut cum his tigrides coeant: quarum ex primis con-
 ceptibus ob nimiam feritatem inutiles partus iudicant,
 itidem secundos, tertios educant. Aegyptij canes è Nilo
 nunquam nisi currentes lambitant, dum à crocodylis in-
 sidias cauent. Inter Antropophagos in Asiatica parte nu-
 merantur Essedones, qui & ipsi nefandis funestantur in-
 ter se cibus. Essedonũ mos est parẽtũ funera cãtibus pro-
 sequi, & proximorũ corrogatis coetibus, cadauera ipsa
 dentibus laniare, pecudumq; carnibus mista dapes face-
 re. Caputum etiam ossa auro incincta in poculorum tra-
 dere ministerium. Scythotauri pro hostijs cædunt adue-
 nas. Nomades pabula sequuntur. Georgi in Europa siti
 agros exercent. Axiacæ perinde in Europa siti, neq; mi-
 rantur aliena, neq; sua diligunt, Satarchæ usu auri argẽ-
 tiq; damnato, in eternũ se à publica auaritia abdicarũt.
 Scytharũ interius habitantium asperior ritus est. Specus
 incolunt, pocula non ut Essedones, sed de inimicorum ca-
 pitibus moliuntur: amant prælia, interemptorum cruorẽ
 ex uulneribus ipsis bibunt. numero cædiũ honor crescit,
 quarum expertẽ esse apud eos probrum est: haustu mutui
 sanguinis foedus sanciant: non suo tantũ more, sed Medo-
 rum quoq; usurpata disciplina. Bello deniq; quod gestũ
 est olympiade nona & quadragesima, anno post Ilium
 captum sexcẽtesimo quarto, inter Alyathem Lydum, &
 Astyagem Mediæ regem, hoc pacto firmata sunt iura pa-
 cis. Colchorum urbem Dioscoriaden Amphitus & Tel-
 chius.

chius aurigæ Castoris & Pollucis condiderunt, à quibus
 Heniochorum gēs exorta est. Ultra Sauromatas in Asia
 sitos, qui Mithridati latebram, & qui originem Medis
 dederunt, confines sunt Thaliij his nationibus, quas ab o-
 riente contingunt Cassij maris fauces: quæ fauces mirū
 in modum uacuantur imbribus, crescit tæstibus. Henio-
 chorum montes Araxen, Moscorum Phasiden fundunt.
 Sed Araxes breuibus interuallis ab Euphratis ortu caput
 tollit, ac deinde in Caspium fertur mare. Arimasspi circa
 Gesglithron positi, unocula gens est. Ultra hos & Rhi-
 phæū iugū regio est assiduis obsesta niuibus πτεροφόρον
 dicunt. Quippe casus continuarum ruinarum quiddam
 ibi exprimit simile pennarum. Damnata pars mundi, &
 à rerum natura in nubem æternæ caliginis mersa, ipsusq;
 prorsus Aquilonis conceptaculis rigentissima. Sola ter-
 rarum non nouit uices temporum, nec de cœlo aliud ac-
 cipit quàm hyemem sempiternam. In Asiatica Scythia
 terræ sunt locupletes, inhabitabiles tamen. Nam cum au-
 ro & gemmis affluant, gryphes tenent uniuersa, alites fe-
 rocissima, & ultra omnem rabiem sæuientes: quarū im-
 manitate obsistente aduenis accessus difficilis ac rarus
 est. Quippe uisos discerpunt, uelut geniti ad plectendum
 auaritiæ temeritatem. Arimasspi cum his dimicant, ut in-
 tercipiant lapides, quorum non aspernabimur persequi
 qualitates. Smaragdis hic locus patria est, quibus tertiā
 inter lapides dignitatem Theophrastus dedit. Nam li-
 cet sint & Aegyptij, & Chalcedonij, & Medici, & La-
 conici, præcipuus tamen honor est Scythicis. Nihil his iu-
 cundius, nihil utilius uident oculi: in primis uirent ultra
 irrigua

irrigua gramina, ultra amnicas herbas: deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt lenitate. Nam uisus quos alterius gemmae fulgor retuderit, Smaragdi recreant, et exaerant. Nec aliam ob causam placuit, ut non scalperetur, ne offensum decus, imaginum lacunis corrumpere: quamquam qui uerus est, difficulter uulneretur. Probatur hoc pacto, si aspectus transmittat, si cum globosi sunt, proxima sibi inficiant aere repercusso: aut cum concavi sunt, inspectantium facies emulentur: si neque umbra, neque lucernis, neque sole mutantur. Optimos tamen sortiuntur situs, quibus planicies resupina est, et extenta. Inueniuntur Etesijs flantibus. Tunc enim detecto solo facillime internitent. Nam Etesiae plurimum arenas mouent. Alij minus nobiles in commissuris saxorum, uel in metallis ararijs apparent, quos Chalcosmaragdos nuncupant. Vitiosi eorum intrinsecus quasdam sordes habent, uel plumbo, uel capillamentis, uel etiam sali similes. Lauantur austero mero, sed uiridi proficiunt oleo, quamuis natura imbuantur. Et Cyaneus lapis à Scythia est optimus, si caeruleo coruscabit, cuius gnari in mare et foeminam genus diuidunt. Foeminis nitor purus est. Mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratilis puluiculus uariat. Illic et Crystallus, quam licet pars maior Europae, et particula. Asiae subministrent, preciosissimum tamen Scythia edit: multus ad pocula destinatur, nam fert calorem praecipue, quamlibet nihil aliud quam frigidum pati possit. Sexagulus inuenitur. Qui eligunt, purissimum captant, ne quid rufum, neue nubilum uel spumis obsitum arceat perspicuitatem. Tunc ne duritia iusto propensior obnoxium

xium

xium fragilitati magis faciat, putant glaciem coire, & in crystallum corporari: sed frustra. Nam si ita foret, nec Alabanda Asia, nec Cyprus insula hæc materiæ procrearet, quibus regionib. incitatissimus calor est. Livia Augusti ad magnitudinem CL librarum inter Capitolina donaria Crystallum dedicavit.

DE HYPERBOREIS, ET RHIPHÆIS,
Cimmerijs, & Hyrcanis, & Tigribus, Leonibus,
& Pantheris, Cap. XXI.

Fabula erat de Hyperboreis, & rumor irritus, si quæ illinc ad nos usque fluxerunt, temerè forent credita. Sed cū probatissimi autores, & satis idonei sententias pares faciant, nullus falsum reformidet. De Hyperboreis rē loquemur. Incolūt penè Pterophorō, quæ ultra Aquilonē accepimus iacere. Gens beatissima, eā Asiae quidam magis, quàm Europæ dederunt. Alij statuūt mediā inter utrunque solem, Antipodū occidentē, & nostrum renascentē: quod aspernatur ratio, tã vasto mari duos orbis interfluente. Sunt igitur in Europa, apud quos mundi cardines esse credūt, & extremos siderū ambitus, semestrē lucē, auersum tantū una die solē. Quanquam existant, qui putant non quotidie ibi solē, ut nobis, sed uernali æquinoctio exoriri, autūnali occidere: ita sex mēsi- bus infinitū diē, sex alijs continuā esse noctem. De cælo magnā clemētiam aura spirāt salubriter, nihil noxijs flatibus habēt. Domus sunt nemora, uel luci, in diē uictā arbores subministrant. Discordiam nesciunt. Aegritudine nō inquietantur. Ad innocentiam omnibus equale uotum.

tum. Mortem arcessunt, & uoluntario interitu castigant obeundi tarditatem. Quos satias tenet uitæ, epulati, delibutiq; de rupe nota præcipitem casum in mare profundum destinant. hoc sepulturæ genus optimum arbitrantur. Aiunt etiam solitos per uirgines probatissimas primitias frugum Apollini Delio missitare. Verum hæc, quoniam perfidia hospitem, nõ illibata reuenissent, deuotionis, quam peregre prosequabantur, pontificium mox intra fines suos receperunt. Altera in Asia gens est ad initium orientis æstiu, ubi deficiunt Rhiphæorum montium inga, Hyperboreis similes, quos dicunt Rhiphæos. Et ipsi arbustorum frondibus gaudent. Baccas edunt, iuxta uiros ac foeminas tædet crinium, Itaque uterque sexus comas tondet. Amant quietem, non amant ledere. Sacri habentur, attrectariq; eos, etiam à ferocissimis nationibus nefas ducitur. Quicumque periculum à suis metuit, si ad Rhiphæos transfugerit, tutus est, uelut asylo tegatur. Ultra hos Cimmerij, & gens Amazonum porrecta ad Caspium mare, quod dilapsam per Asiaticæ plagæ terga Scythicum irrumpit Oceanum. Sed magnis deinde spatijs intercedentibus ostia Oxi fluminis Hyrcani habent, gens syluis aspera, copiosa immanibus feris, foetaq; tigribus. Quod bestiarum genus insignes maculis notæ, & pernicitas memorabile reddiderunt. Fuluo nitent. Hoc fuluum nigrantibus segmentis interundatum, uarietate appime decet. Pedum motum nescio uelocitas an peruicia magis adiuuet. Nihil tam longum est, quod nõ breui penetrent, nihil adeo antecedit, quod non illico assequantur. At maximè potentia earum probatur cum mater-

nis

nis curis incitantur, cum catulorum insistunt raptoribus. Succedant sibi equites licet, & astu quantolibet amoliri prædam uelint, nisi in præsidio maria fuerint, frustra est ausum omne. Notantur frequentissimè si quando latrones suis asportatis catulis renauigantes uident, in litore irrita rabie se dare præcipites, uelut propriam tarditatem uoluntaria castigantes ruina: quanquam de fœtu uniuerso uix unus queat subtrahi. Pantheræ quoq; numerosæ sunt in Hircania, minutis orbiculis superpicte, ita ut oculatis ex fuluo circulis, uel cærulea, uel alba distinguatur tergi supellex. Tradunt odore earum & cõtēplatione armēta mirè affici, atque ubi eas persentiscant, properatò conuenire, nec terreri nisi sola oris toruitate. Quam ob causam Pantheræ absconditis capitibus, quæ corporis reliqua sunt, spectanda præbent, ut pecuarios greges stupidos in obtutu populentur securo uastatione. Sed Hircani, ut hominibus intentatum nihil est, frequentius eas ueneno, quàm ferro necant. Aconito carnes illinunt, atque ita per cõpita spargunt semitarum. Quæ ubi esæ sunt, fauces earum angina obsidentur. Ideo gramen $\tau\alpha\rho\delta\alpha\lambda\iota\alpha\gamma\chi\epsilon\varsigma$ appellauerunt. Sed Pantheræ aduersus hoc uirus excrementa humana deuorant, & suo pte ingenio pesti resistunt. Lenta illis uiuacitas, adeò ut eiectis interaneis, mortem diu differant. In his siluestribus & pardi sunt, secundum à Pantheris genus, noti satis, nec latius exequendi. Quorum adulterinis coitibus degenerantur partus leonorum, & leones quidē procreantur, sed ignobiles.

DE

DE ORTV MARIVM INTERNO-
rum. De insula Apollinitarum. De spacijs inter Scy-
thas & Indos. De formis hominum. De ceruis, &
Tragelaphis. Cap. xxii.

Quoniam in Ponticis rebus sumus, nō erit omitten-
dum, unde mediterranea maria caput tollāt. Exi-
stimant enim quidā sinus istos à Gaditano
freto nasci, nec aliā esse originē, quā in inundationē irrū-
pētis Oceani, cuius spiritu peruagante apud aliquot me-
diterranea littora, sicut in Italia parte, fieri accessus, uel
recessus. Qui contrarium sentiunt, omnē illum fluorem
aiunt à Pōticis faucibus inundare, idq; fulciūt argumēto
non inani, quòd aestus è Ponto profluum nunquā recipro-
cetur. Insula Apollinitarum lxxx millibus passuū abest
à Bosphoro Thraciæ circa Istrum sita, ex qua M. Lucul-
lus Apollinē Capitolinum nobis extulit. Ante Borusthe-
nem Achillis insula est, cum æde sacra, quam ædem nulla
ingreditur ales: & quæ fortè aduolauerint, raptim fugā
properant. Oceanum septentrionalē ex ea parte, qua à
Paropaniso amne Scythiæ alluitur, Hecatæus Amalchiū
appellat, quod gentis illius lingua significat congelatum
mare. Philemon à Cimbris ad promōtorium Rubæas Mo-
rimorussam dicit uocari, hoc est, mortuū mare. Ultra Ru-
beas quicquid est, Cronium nominant. Mare autem Ca-
spium ex altero Ponti latere ultra Massagetæ, & Ape-
leas Scythas esse in Asiatica plaga dulce haustu. Alexan-
dro Magno probatum est, mox Pōpeio Magno, qui bel-
lo Mithridatico, sicut commilito eius Varro tradit, ipsis
haustibus periclitari fidē uoluit. Id euenire prodūt è nu-
mero

mero fluminum, quorum tanta copia ibi influit, ut natu-
 ram maris uertat. Non emiserim, quòd per idem tempus
 eidem Magno licuit ex India diebus octo à Baetris usq;
 Icarum flumen, quod influit in Oxum amnem, peruenire,
 deinde ad mare Caspiũ, inde per Caspium ad Cyri amnis
 penetrare fluentum, qui Iberiæ & Armeniæ fines inter-
 luit. Itaque à Cyro diebus non amplius quinq; itinere ter-
 reno subiectis nauibus ad alucum Phasidis pertendi, per
 cuius excursus in Pontum usque uenientes in India, liqui-
 do probatum est inuehi posse. Autor est Xenophõ Lam-
 psacenus, à littore Scytharum in insulam Baltiam peten-
 tibus, triduo nauigari. Eius magnitudinem inmensam, &
 penè similem cõtinenti. Nec longè Oonas separari, quas
 qui habent, uiuunt ouis auium marinarum, & auenis uul-
 gò nascentibus. Perinde alias propter cõstitutas æquè in-
 sulas, quarum Hippopodes indigenæ, humana usq; ad ue-
 stigium forma in equinos pedes desinunt. Esse insulas, &
 Phanisiorum gentem, quorum aures adeò in effusam ma-
 gnitudinem dilatentur, ut uiscerum illi reliqua conte-
 gant, nec amiculum aliud sit, quàm ut membra membra-
 nis uestiant. Antequam, digrediamur à Scythia, religio
 est præterire quæ nam feræ sint peculiare Scythiæ. Cer-
 ui plurimi in hac terra. Igitur de ceruis prosequamur.
 Mares generis huiusce cū statuiũ tempus Venerẽ incita-
 uit, sæuiũt rabie libidinis efferati. Fœminæ licet prius cõ-
 serantur, non concipiunt ante Arcturi sidus. Nec quali-
 bet partus suos educant. Teneros studiosè occulunt, &
 absconditos inter profunda fruticum, uel herbarum, pe-
 dũ uerbere castigant ad latendum. Cum maturuerit ad
 fugans

fugam robur, exercitio docent cursus, & assuescunt salire per abrupta. Acceptis canum latratibus, secundo uento uias dirigunt, ut odor cum ipsis recedat. Mirantur sibilum fistularum. Rectis auribus acutissime audiunt, summissis uero nihil. Stupent omnia, propterea facilius obuios se præbent sagittantibus. Si maria tranant, non a spectu petunt littora, sed olfactu. Infirmos ponunt in ultimo, & lassorum capita clunibus per uices sustinent. E cornibus quod dextrum fuerit, efficacius est ad medelam. Si fugare angues gestias, utrum uelis uras: quæ ustrina præterea nidore uitium aperit ac detegit, si cui inest morbus comitialis. Pro ætate ramos augent. Id incrementum per sex annos perseuerat. Denique numerosiora non possunt fieri cornua, possunt crassiora. Quæ quidem castratis nunquam crescunt, nec tamen decidunt. Dentes indicant senectutem, cum aut pauci inueniuntur, aut nulli. Serpentes hauriunt, & spiritum narium extrahunt de latebris cauernarum. Dictamum ipsi prodiderunt, dum eo pasti excutiunt accepta tela: herbam quoque quam Cynaren uocant, contra noxia edunt gramina. Aduersus uenena mirificum est hinnuli coagulum, occisi in matris utero, patuit eos nunquam febrescere. Quam ob causam confecta ex medullis eorum unguenta sedant calores hominum languentium. Legimus plurimos matutinis diebus ceruinam carnem degustare solitos, sine febribus longæ uos fuisse. Quod demum proderit, si uno uulnere fuerint interempti. Ad dignoscendam uiuacitatem Alexander Magnus torqueis plurimis ceruis innexuit, qui post annum centesimum capti, necdum senij iudicium præferebant. Eadem

dem

dem penè specie sunt, quos Tragelaphos dicunt, sed nò alibi, quàm circa Phasidem apparèt, tantum quòd illi uillosos habent armos, & menta promissis hirta barbis.

DE GERMANIA, DE AVIBVS HERCINIJS, Bisontibus, & Vris. De Alcibus, & isulis Oceani septentrionalis, ac de Succino, lapide Callaite, & Cerauniarum generibus.

Cap. XXXIII.

Mons seu ipse ingens, nec Riphæis minor collibus, initium Germaniæ facit. hunc Ingeuones tenent, à quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit. Diues uirorum terra, frequens populis numerosis, & immanibus. Extenditur inter Hercinium saltum, & rupes Sarmatarum: ubi incipit, Danubio: ubi desinit, Rheno perfunditur. De internis eius partibus, Albis, Guttalus, Vistula, amneis altissimi præcipitatur in Oceanum. Saltus Hercinius aues gignit, quarum penæ per obscurum emicant, & interlucent, quâuis densa nox obtegat, & denset tenebras. Vnde homines loci illius, plerumque nocturnos excursus sic destinât, ut illis utatur ad præsidium itineris dirigendi, præiactisq; per opaca callium, rationem uitæ moderentur indicio plumarum refulgentium. In hoc tractu sanè, & in omni Septentrionali plaga Bisontes frequētissimi, qui boues feris similes, setosi, colla iubis horridi, ultra tauros pernicitate urgentes, capti assuescere manu nequeunt. Sunt & Vri, quos imperitum uulgus uocat Bubalos, cum Bubali penè ad ceruinam faciem in

G Afri

Africa procreetur. Iſtis porro quos Vros dicimus, tauri
na cornua in tantũ modũ protẽduntur, ut dempta ob in-
ſignem capacitatem inter regias menſas potuum gerula
ſiant. Sunt & Alces mulis comparandæ, adẽ propenſo
labro ſuperiore, ut niſi recedentes in poſteriora veſti-
gia paſci non queant. Scandinavia inſula à regione Ger-
mania mittit animal quale Alces, ſed cui ſuffragines, ut
elephanteis flecti nequeunt: propterea non cubat cùm
dormiendum eſt. Tamen ſomnolentũ arbor ſuſtinet, quæ
propè caſura ſecatur, ut fera, dum aſuetis fulcimentis
innititur, faciat ruinã. Ita capitur: alioqui difficile eſt
eam manu capi. Nã in illo rigore populi:ũ incõprehẽ-
ſibili fuga pollet. De Germanicis inſulis Scandinavia ma-
xima eſt. Sed nihil in ea magnum præter ipſam. Gleſſaria
dat cryſtallum, dat & ſuccinum, quod Germani gentili-
ter uocant Gleſſum. Qualitas materiæ iſtius ſummatim
antea, Germanico autem Caſare omnes Germaniæ oras
ſcrutãte, comperta arbor ex pinei generis, cuius mediale
autumni tẽpore ſuccino lachrymat. Succum eſſe arboris,
de nominis qualitate capeſſas. Pinum uerò unde ſit geni-
tum, ſi uſſeris, odor indicabit. Præcium operæ eſt ire lon-
gius, ne Padanæ ſylvæ credantur lapidem fleuiſſe. Hanc
ſpeciem in Illyricum barbari intulerunt. Quæ cum per
Pannonica commercia uſu ad tranſpadanos homines fo-
ret delata, quòd ibi primũ noſtri eã uiderãt, ibi & natã
putauerunt. Munere Neronis principis, apparatus ois
abſq; ſuccino inornatus eſt, nec difficulter, cùm per idem
tempus XIII. millia librarum, rex Germaniæ dono ei mi-
ſerit. Rude primum naſcitur & corticoſum, deinde in-
coctum

coctum adipe lactentis suis expolitur ad quem uidemus nitorem. pro facie habet nomina. Melleum dicitur, & Falernum, utrumq; de similitudine, aut uini, aut utique mellis. In aperto est, quod rapiat folia, quod trahat paleas. quod uerò medeatur multis uitalium incommodis, medentium docuit disciplina. Et India habet Succinum, sed plurimum optimumq; in Germania. Quoniam ad insulam Glesariam ueneramus, à Succino ceptum. Nam in Germaniæ cōtinentibus Callais reperitur, quam gemmā Arabicis anteponunt, Vincit enim gratia. Arabes quidē dicunt non alibi eam deprehendi, quā in nidis auium. quas μελαιογυρῦφος uocāt, quod nullus recipit, cū apud Germaniæ populos, quamuis rara, in saxis tamen appareat. Honore & precio ad Smaragdos uiret pallidū. Nihil iucundius aurum decet. Cerauniarum porrò genera diuersa sunt. Germanica candida est: splendet tamen caeruleo: & si sub diuo habeas, fulgorem rapit siderum.

DE GALLIA, VNDE IN VNIVERSUM orbem terrarum aditus patet. Et de oleo medico. Cap. XXIIII.

CAlliæ inter Rhenum & Pyrenæum, item inter Oceanum & monteis Gebennam ac Iuram porriguntur, felices præpinguibus glebis, accommodæ prouentibus fructuarijs, pleraq; consite uitis, & arbutis, omni ad usum animantium foetu beatissime. Rigæ aquis fluminum, & fontium. Sed fontanis interdū sacris, ac uaporatibus. Infamatur ueneni periculo rūtis

lo ritu incolarū, qui, ut aiūt (ueri enim periculū non ad me recipio) detestabili sacrorū ritu, nō ad honorē, sed potius ad iniuriā religionis, humanis litāt hostijs. Ex isto sinu quoquo orbis uelis exeas. in Hispanias, & in Italiā terra, mariq; in Africam mari tantū. Si Thracia sit petēda, excipit ager Rheticus opimus, & ferax, Brigantino lacu nobilis, Inde Noricus frigidus, & parcius fructuosus: qua subducitur a iugis alpiū admodū letus. Dehinc Pannonia uiro fortis, & solo plano leta atq; uber, Drauo, Sauoq; inclytis amnibus circūflua. Mox Mysia, quas maiores nostri iure Cereris horreū nominabant, in quarum parte quæ Pontica est, apparet herba, qua inficitur oleum quod uocant medicum. Hoc ad incendium excitatum si obruere aqua gestias, ardet magis, nec alio sopitur, quàm iactu pulueris.

DE BRITANNIA ET LAPIDE

Satage. Cap. x x v.

Finis erat orbis ora Gallici litoris, nisi Britānia insula nō qualibet amplitudine nomē penē orbis alterius mereretur. Octingentis enim & āplius millibus passuum longa porrigitur, ita ut eam in Calydonicū usq; angulū metiamur. In quo recessu Vlyßem Calydonia appulsum manifestat ara Græcis literis inscripta uoto. Multis insulis, nec ignobilibus circundatur, quarum Iuuerna ei proximat magnitudine. Inhumana est, ritu incolarum aspero. Alias ita pabulosa, ut pecuaria, nisi interdū æstate à pastibus arceantur, in periculum agat satias. Illic nullus anguis,

anguis, avis rara, gens inhospita, & bellicosa. Sanguine interemptorū hausto, prius uictores uultus suos oblinūt. Fas ac nefas eodē animo ducunt. Puerpera siquādo marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti: inq; os paruuli summo mucrone auspiciū alimentorū leuiter infert, & gentilibus uotis optat, nō aliter quā in bello, & inter arma mortem oppetat. Qui studēt cultui, dentibus mari nantiū belluarū insigniūt ensiū capulos. Candi- cāt enim ad eburneā claritatē. Nā precipua uiris gloria est in armorū nitela. Apis nusquā, Aduectū inde puluerē seu lapillos siquis sparserit inter aluearia, examina fa- uos deserunt. Mare, quod Iuuernā & Britāniā interluit, undosum & inquietum toto in anno, nō nisi æstiuis pau- culis diebus est nauigabile. Nauigant autem uimineis al- ueis, quos circundant ambitione tergorū bubalorū. Quā tocūq; tempore cursus tenebit, nauigātes escis abstinet. Freti latitudinem in centū uiginti millia passuū diffundi, qui fidem ad uerum ratiocinati sunt, æstimarunt. Silurā quoque insulam ab ora quam gens Britāna detinet, tur- bidū fretū distinguit. Cuius homines etiam nunc custo- diūt morem uetustum. Nundinas ac numū refutant, dent res, & accipiūt. Mutationibus necessaria potius quām precijs parant, deos percolunt, scientiā futurorū pari- ter uiri ac fœminæ ostentant. Athanatis insula alluitur freto Gallico, à Britāniæ cōtinēte æstuario tenui sēpara- ta, frumētarijs cāpis felix, & gleba uberi, nec tātū sibi so- li, uerū & alijs salubris locis. Nā cū ipsa nullo serpatur angue, asportata inde terra quoquò gentiū inuecta sit, angues necat. Multæ & aliæ circū Britāniā insulæ, è

quibus Thule ultima, in qua aestiuo solstitio sole de Cancri sidere facienti transitum, nox penè nulla. Brumali solstitio perinde nullus dies, ut ortus iunctus sit occasui. Ultra Thulen accepimus pigrum esse et cœcretum mare: inde à Calydonia promontorio Thulen petentibus bidui nauigatio est. Inde excipiunt Hedabes insulae, quinque numero, quarum incolae nesciunt fruges, piscibus tantum et lacte uiuunt. Rex unus est uniuersis. Nam quotquot sunt, omnes augusta interluuie diuiduntur. Rex nihil suum habet, omnia uniuersorum, ad equitatem certis legibus stringitur, ac ne auaritia diuertat à uero, discit paupertate iustitiam, utpote cui nihil sit rei familiaris. Verum alitur è publico: nulli illi datur foemina propria, sed per uicissitudines in quacunque commotus fuerit, usufructum sumit. Vnde ei nec motum nec spes conceditur liberorum. Secundam à continenti stationem Orcades praebent, quae ab Hedudibus porro sunt septem dierum totidemque noctium cursu: numero tres, uacant homine, non habent syluas, tantum iunceis herbis inhorrescunt. Caetera earum nude arenae et rupes tenent. Ab Orcadibus Thule usque quinque dierum ac noctium nauigatio est. Sed Thule larga et diutina Pomona copiosa est. Qui illic habitant, principio ueris inter pecudes pabulis uiuunt, deinde lacte, in hyeme conserunt arborum fructus. Utuntur feminis uulgo, certum matrimonium nullis. Circuitus Britanniae quadragies octies septuagintaquinque millia passuum sunt. In quo spacio magna et multa flumina sunt, fontes calidi opiparo exculci apparatu ad usus mortalium. Quibus fontibus praesul est Mineruae numen, in cuius aede perpetui ignes nunquam canescunt

in fa

in fuillas, sed ubi cinis tabuit, uertitur in globos saxeos. Præterea ut taceam metallorum largam uariamque copiam, quibus Britaniae solū undique generū pollet uenis locupietibus, Gagates hic plurimus, optimusque est lapis. Si decorē req̄ras, nigro gēmeus: si qualitātē, nullius ferē pōderis. si naturā, aqua ardet, oleo restinguitur. si potestatem, attritus calfactus applicita detinet, æquē ut succinū. Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuræ, iam inde à pueris uariæ animalium effigies incorporantur, inscriptisque uisceribus hominis incremento pigmenti notæ crescunt. Neque quicquā magis patiētiae loco nationes ferē ducūt, quā ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.

DE HISPANIA, GADITANO FRE-
to, interno mari, & Oceano. Cap. XXVI.

Reuersam ad cōtinētē res Hispaniēs uocāt. Terra rū plaga cōparāda optimis, nulli posthabēda frugū copia, siue soli ubere, siue uinearū prouētus respicere, siue arborarios uelis. Omni materia affluit, quæcūque aut precio ambitiosa est, aut usu necessaria. Argētū uel aurū si requiras, habet, ferrarijs nūquā deficit, nec cedit uitibus, uincit olea, diuidua est prouicijs tribus. Secūdo Punico bello nostra facta, & nihil in ea ociosum, nihil sterile. Quicquid cuiuscūque modi negat messē, urget pabulis. Et quæ arida sūt, ac sterilia, rudētū materiē nauticis subministrāt. Nō coquūt ibi sales, sed effodiūt. depurgāt in uiniū nitelas pulueris, fucāt uellera, ut ad ruborē merū

G 4 deputent

deputent Cocci uenenū. In Lusitania promōtorium est, quod alij Artabrū, alij Vlyssiponense dicūt. Hoc cœlum terras, & maria distīguit. Hispaniæ latus finit, cœlū & maria hoc mō diuidit, quod à circuitu eius incipiūt oceanus Gallicus, & frōs septentrionalis oceano atlantico, & occasu terminatis. Ibi oppidum Vlyssipo ab Vlyssc cōditū. Ibi Tagus flumen. Tagum ob arenas auríferas ceteris ānibus prætulerūt. In proximis Vlyssiponis equæ la sciuiūt mira foecunditate. Nam spirante fauonio uento concipiūt, & sitientes uiros aurarum spiritu maritātur. Iberus amnis toti Hispaniæ nomen dedit, Bætis prouinciæ uterq; nobilis. Carthaginem apud Iberos, quæ mox colonia facta est, Pœni condiderunt. Tarraconem Scipiones, ideo caput est prouinciæ Tarraconensis. Lusitanū litus pollet gemma ceraunia plurimum, quam etiā Indicis præferunt. huius cerauniæ color est è Pyropo. qualitas igni probatur, quem si sine detrimento sui perferat, aduersus uim fulgurū creditur opitulari. Cassiterides insulæ spectant aduersum Celtiberiæ latus, plumbi fertiles: & tres fortunatæ, è quibus solum uocabulum signandum fuit. Ebusus è Balearibus, quæ à Dianio abest septingenta stadia, serpentem non habet, utpote cuius terra serpentes fuget. Colubraria, quæ Sucronem uersus est, foeta est anguibus. Bocchoris regnum Baleares fuerūt, usq; ad euerfionem Phrygum, Cuniculis animalibus quondā copiosæ in capite Bæticæ, ubi extremus est noti orbis terminus, insula à continenti septingentis passibus separatur: quam Tyrij à rubro profecti mari Erithræam, Pœni lingua sua Gadir, id est sepem nominarunt. In hac Geryonem

ryonem euum agitauisse plurimis monumentis probatur: tametsi quidam putent Herculem boues ex alia insula adduxisse, quæ Lusitaniã cõtuetur. Sed Gaditanũ fretum à Gadibus dictum, Atlanticus æstus in nostrum mare dissidium orbis immittit. Nam ὠκεανὸς, quem Græci sic nominant à celeritate, ab occasu solis irrumpens, læuo latere Europam radit, Africam dextro, scissisq; Calpe & Abila montibus, quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur, & Hispaniam. Ac freto isti, cuius xv. millia passuum efficit longitudo, latitudo uix septem, quod ostio aperit limen interni æquoris mistus mediterraneis sinibus, quos adusq; oriẽtẽ propellit. Horũ, q̄ Hispanias p̄fundit, Ibericus fertur, & Balearicus. Qui Narbonensem prouinciam, Gallicus, mox Ligusticus, ab eo ad Siciliam Tuscus, quem Græci Ionium, uel Tyrrhenum, Itali Inferum uocant. A Sicilia Cretam usque Siculus, Inde Creticus, qui in Pamphiliã & Ægyptum protenditur mare. Quæ aquarum moles torto in septentrionem prius latere, anfractibus magnis iuxta Græcias & Illyricum per Hellepontũ in angustias stringitur Propõtidos, quæ Propõtis Europam Asianq; discriminans, ad Meotida peruenit. Causas nominum non uniformis dedit ratio. Asiaticum & Phœnicum à prouincijs dictum, ab insulis Carpathiũ, Ægæũ, Icarium, Balearicum, Cyprium, à gentibus, Ausoniũ, Dalmaticum, Ligusticum, Thuscum, ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium, à casibus hominum, Myrtoon, uel Helleponticum. A memoria regis Ionium. A bouis transitu, uel angustijs etiam meatibus

boum peruijs? Bosphorus. A moribus accolarū Euxinus,
 ἄξιον & antè appellatus. Ab ordine fluenti, Propontis.
 Ægyptium pelagus Asia datur, Gallicum Europa, Africū
 cum Libya. his ut quæq; proxima sunt, uenerunt in par-
 tes partium. Hæc in gremijs terrarū. Oras autem exte-
 mas Oceanus amplectitur, qui à littoribus suis Arabi-
 cus, Persicus, Indicus, Eōus, Sericus, Hyrcanus, Caspius,
 Scythicus, Germanicus, Gallicus, Atlanticus, Lybicus,
 Aethiopicus dicitur. Cuius accessus incrementa circa lit-
 tora Indiæ uehementissime prouunt, maximosq; ibi exi-
 tus faciunt, siue quòd suspensus altius sustollatur ut ca-
 loris, seu quòd in ea parte orbis & fontium, & fluminū co-
 pia sit effusior. Dubitatur etiā nunc, quibus ex causis in-
 tumescat Oceanus, uel quatenus cum superfluis sibi fue-
 rit, rursus in se residat. Nec in obscuro est, plura pro in-
 genijs differētium potius quàm pro ueritatis fide expressa.
 Sed omissi ancipiti concurrentium quæstione, has opinio-
 nes probatissimas inuenimus. Physici autumant mundum
 animal esse, eumq; ex uarijs elementorū corporibus cō-
 globatū, moueri spiritu, regi mente: quæ utraq; diffusa
 per membra omnia, eterne molis uigorem exercent. Si-
 cut ergo in corporibus nostris cōmercia sunt spiritalia,
 ita in profundis Oceani nares quasdam mundi constitu-
 tas, per quas emissi anhelitus uel reducti modò effient
 maria, modò reuocent. At ij qui syderum sequuntur di-
 sciplinam, contendunt meatus istos commoueri Lunæ
 cursibus, ad id ut sic uicissitudines inter maciem aquarū
 rum, & plenitudinem respiciant, ad auctus eius, uel de-
 fectiones. Neq; eodem semper tempore, sed prout illa
 aut mer

aut mergatur, aut surgat, uariāt se alternātes recursus.

DE LIBYA HORTIS HE-

speridum, monte Atlante.

Cap. XXVII.

DE Hispania excursus in Libyam. Nā Belonæ pro-
gressus, quod Beticæ oppidum est, ultra interia-
cens fretum trium & triginta millium passuum Tingi
excipit Mauritaniæ nūc colonia, & cuius primus autor
Anteus fuit. Porro quia in illo ambitu Ægyptiū finitur
pelagus, & Lybicū incipit, placuit ut Africam Libyā di-
ceremus. Quidā tamē Libyā à Libya Epaphi filia, Afri-
cā autem ab Afro Libys Herculis filio potius dictam re-
ceperunt. Lix quoque Colonia in eodem tractu consti-
tuta est, ubi Antei regis, qui implicandis explican-
disq; nexibus humi melius sciēs, uelut genit⁹ matre terra
ibidē ab Hercule uictus & extinctus est. Nam de hor-
tis Hesperidum, & peruigili dracone, ne fame licen-
tia uulneretur, fides & ratio hæc est. Flexuoso meatu
æstuarium è mari fertur, adeò sinuosis lateribus toruo-
sum, ut uisentibus procul lapsus angueos fracta uertigi-
ne mentiatur. Itaq; quod hortos appellauere circundat,
Vnde pomorum custodē interpretātes, struxerūt iter ad
mendaciū fabulandi. Sed hæc insula sinuata sinibus aluei
procurrētis, & in quibusdam æquoris spiris sita, præter
arbores oleastri similes, & arā sacrā Herculi, aliud nihil
præfert quod propaget uetustatis memoriā. Verūm ultra
frutices aureos, & metalla frondentia, illud magis mi-
rum,

rum, quod solum inferiore licet libra depressus, nunquam tamen accessus freti superlabitur, sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis marginibus haeret unda, et intimis orarum supercilijs sponte fluctus in gyrum resistunt. Ita spectando loci ingenio nimirum planicies manet sicca, quamuis prona superueniant aequora. Sala oppidum imminet Salae flumini. ab hoc per Autolorum gentem iter est in Atlanticas solitudines. Atlas mons est media arenarum consurgens vastitate, et eductus in uiciniam lunaris circuli, ultra nubila caput condit, quae ad Oceanum extenditur, cui a se nomen dedit. Manat fontibus, nemoribus inhorrescit, rupibus asperatur, squalet ieiunio, humo nuda, nec herbida. Quae Africa contra uersus est, opimus nascetibus sponte frugibus, arboribus proceris opacissimus, quarum odor grauis, comae cupressi similes, uestiuntur lanugine, sericis uelleribus nihilo uiliore. In eo latere et herba Euphorbia copiosa, cuius succus proficit ad oculariam claritatem, et multiplex praesidium sanitatis, nec mediocriter percellit uim uenenorum. Vertex semper niualis. Saltus eius quadrupes ac serpentes ferae, et cum his elephanti occupauerunt. Silet per diem uniuersus, nec sine horrore secretus est. Lucent nocturnis ignibus, choris Aegipanum undique personatur. Audiuntur et cantus tiliarum, et tinnitus cymbalarum per oram maritimam. A Lixa abest quinque et ducentis millibus passuum. Lixa a Gaditano freto ceterum duodecim millibus, habitatus antea ut indicat loci facies, quodam cultu exercita: in qua usque adhuc uitis et palmae extant uestigia, Apex Perseo et Herculi peruius, ceteris inaccessus, Ita fidem ararum inscriptio palam facit.

Quae

Qua spectat occasum, inter ipsum & flumen Anatum quadringenta nonaginta sex millia passuum, infames bestijs syluae obsident. Amnes circa eum non tacendi, qui licet separentur interuallis amplioribus, transierunt tamen in quoddam Atlantici montis ministerium. Asana marino haustu, Bambothum crocodylis & hyppopotamis refertum. Ultra adhuc amnis, qui atro colore exit per intimas & exustas solitudines, quae torrente perpetuo, & sole nimio, plus quam ignito, nunquam ab aestu uindican-
tur. Haec de Atlante, quae Mauri Dirim nominant, & Ha-
nonis punici libri, & nostri annales prodiderunt. Iuba
etiam Ptolemaei filius, qui utriusque Mauritaniae regno
potitus est. Suetonius quoque Paulinus summam huic co-
gnitioni imposuit manum, qui ultra Atlantem primus,
& penè solus Romana signa circumtulit.

DE MAVRITANIA, DE ELE-
phantis. Cap. XXVIII.

E Prouincijs Mauritanijs Tingitana, qua solstitiali
plage obuia est, quaque porrigitur ad internum ma-
re, exurgit montibus septem, qui a similitudine fratres
appellati, freto imminent. Hi montes elephantis frequen-
tissimi sunt. Monet a principio hoc animantium genus dice-
re. Igitur elephanti iuxta sensum humanum intellectum ha-
bet, memoria pollent, siderum seruant disciplinam. Luna nite-
scente gregatim amnes petunt, mox aspersi liquore, solis
exortum motibus, quibus possunt salutant: deinde in saltus re-
uertuntur. Duo eorum genera sunt, nobiliores indicat ma-
gnitudo,

gnitudo minores nothos dicunt. Cádore dentiū intelligitur
 iuuenta. Quorū alter semper in ministerio est, alteri parci-
 tur, ne hebetatus assiduo repercussu minus uigeat, si fut-
 rit dimicandū. Cum uenatu premiuntur, pariter confrim-
 gunt utrosq; ut ebore dānato nō requiratur. Hāc enim sibi
 causam periculi presentiunt. Oberrāt agminatim. Natus
 maximus ducit agmen, etate proximus cogit sequētes.
 Flumē transituri minimos antemittunt, ne maiorum in-
 gressus aluicum atterant, & profundos depressis uadis
 gurgites faciāt. Venerem ante annos decem foeminae, an-
 te quinq; mares nesciūt. Biennio coeunt: quinis nec am-
 plius in anno diebus, nō prius ad gregariū numerū reuer-
 suri, quān uiuis aquis abluantur. Propter foeminas nun-
 quam dimicāt. Nulla enim nouerūt adulteria. Inest illis
 clementiae bonū. Quippe si per deserta uagabundum ho-
 minem forte uiderint, ductus usq; ad notas uias praebent,
 uel si confertis pecoribus occurrerent, itimera sibi blanda
 & placida manu faciunt, ne quod obuium animal in-
 terimant. At cōslictu fortuito si quādo pugnatur, nō me-
 diocrē habēt curā sauciorū. Nam fessos uulneratosq; in
 medium receptant. Cum captiuitate uenerint in manus
 hominum, mansuescunt hausto ordeī succo. Maria trans-
 meaturi, naues non prius subeunt, quān de reditu illis sa-
 cramentū luatur. Indicos elephantos Mauri timent: &
 quasi paruitatis suae conscij aspernantur ab his uideri.
 Non annis decē, ut uulgus, sed biēnio, ut Aristoteles defi-
 nit, utero grauescunt, nec amplius quān semel gignunt,
 nec plures quān singulos. Viuunt in annos trecentos, im-
 patientissimi frigoris. truncos edunt. lapides hauriunt.
 gratissimas

gratissimas in cibatu palmas habent. Odorem muris uel maxime fugiūt. Pabula etiā quæ à muscicis cōtacta sunt, recusant. Siquis casu Chamæleontem deuorauerit, uerem elephātis ueneficum, oleastro sumpto pesti medetur. Durissimū dorso tergus est, uentri mollius. Setarum hirsutiæ nullæ. Inter hos & dracones iugis discordia. Deniq; insidiæ hoc astu preparātur. serpentes propter semitas delitescunt, per quas elephāti assuetis callibus euagantur, atq; ita prætermisissis prioribus postremos adoriuntur, ne qui antecesserint, ualeāt ultimis opitulari. Ac primū pedes nodis illigant, ut laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatē. Nam elephanti nisi præuenti hac spirarū mora, uel arboribus se, uel saxis applicāt, ut pondere nitibundo attritos necēt angues. Dimicationis præcipua causa est, quòd elephantis, ut aiunt, frigidior inest sanguis: & ob id à draconibus auidiissimè torrente captatur æstu. Deniq; nūquā inuadūt nisi potu grauatos, ut uenis propensius irrigatis maiorē sumant de oppressis satietatē. Nec aliud magis quàm oculos petunt, quos solos expugnabiles sciunt: uel interiora aurium, quia is tantum locus defendi non potest proboscide. Itaq; cum ebiberint sanguinē, dū ruūt belluæ, dracones obruūtur. Sic utrimq; fusus cruor terram imbuit, sicq; pigmentum quicquid soli tinxerit, quod Cinnabarim uocāt. Elephantes Italia anno urbis conditæ quadringentesimo septuagesimo secundo in Lucanis primum bello Epirotico uēdit, & boues lucas inde dixit. Casariensi Colonia Cesaria inest, à D. Claudio deducta, Bocchi prius regis, postmodū Iuba iūulgētia populi Romani dono data.

Inest

Inest & oppidū Siga, quod habitaculū Syphaci fuit. Nec ab Icosio taciti recedamus. Hercule enim illac transeunte, uiginti qui à comitatu eius descuerant, locum deligunt, iaciūt mœnia. Ac ne quis imposito à se nomine priuatim gloriaretur, de condētiū numero urbi nomē datū.

DE NUMIDIA, ET IN EĀ

Vrsis. Cap. XXIX.

Quod est à flumīe Ampsaga, Numidiæ datur. huius incolæ quādiu errarūt pabulationibus uagabundis, Nomades dicti sunt. Vrbes in ea quā plurimæ nobilesq; sed Cirta eminent, dein Cullu purpurario fūco Tyrijs uelleribus cōparata. Omnis hæc regio finibus in Zeugitanū limitē desinit. Qua parte syluestris est, feras educat: quā iugis ardua, equos alit, eximio etiā marmore prædicatur. Numidici ur si forma cæteris præstant, rabie duntaxat & uillis profundioribus. Nam genitura par est quoquo loco editis. eā ptinus dixero. Coeūt nō itidē quo quadrupedes aliæ, sed apti amplexibus mutuis, uelut humanis coniugationibus copulantur. Desideriū ueneris hyems suscitāt, secreti honore reuerentur mares grauidas, & in ijsdem licet foueis, partitis tamen per scrobes secubationibus diuiduntur. Lucinæ illis properatius tempus est: quippe uterum trigesimus dies liberat: unde euenit, ut præcipitata foecunditas, informes creet partus. Carnes pauxillulas edunt, quibus color cædidus, oculi nulli, & de festina immaturitate tantum rudis sanies, exceptis unguium lineamentis, has lambendo sensim

sensim figurant, & interdū ad pectora fouēt, ut assiduo incubatu calfactæ animalem trahāt spiritū. Interea cibus nullus. Sanè diebus primis XIII. matres in somnū ita eō cidūt, ut nec uulneribus excitari queāt. Enixæ quaternis latent mensibus. Mox egressæ in diem liberū, tantā patiuntur insolentiā lucis, ut putes obsitas cæcitate. Inualidū ursis caput, uis maxima in brachijs, & lumbis: unde interdū posticis pedibus insistent. Insidiātur aluearibus apum, maxime fauos appetūt, nec auidius aliud quàm mella captant. Cum gustauere mandragoræ mala, moriuntur. Sed eunt obuiā, ne malū in perniciē conualescat, & formicas deuorant ad recuperandā sanitatē. Si quando tauros adoriuntur, sciūt quibus potissimū partibus immorētur, nec aliud quàm cornua aut nares petunt: cornua, ut pondere defatigent: nares, ut acrior dolor sit in loco teneriore. M. Messala C O S. L. Domitius Aenobarbus curulis ædilis ursos, Numidicos centū, & totidē Aethiopas uenatores in circo Romano edidit. Idq; spectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

DE AFRICA, ET DE OMNIBVS IN
ea memoria dignis. CAPVT XXX.

OMnis Africa à Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis Sardinia cōtrouersa, promontorio Mercurij procedens in frontē Sicanā. Proinde extenta in duas prominentias, quarū altera promontoriū candidum dicitur: altera, quæ est in Cyrenaica regione, Phicuntem uocāt. Ea per sinum Creticum opposita Cretæ insulæ, cō

H tra

tra Tanaron Laconia excurrit arenis. Catabathmos
 Aegypto insinuata, cui proxima Cyrenensis extēditur in-
 ter duas Syrtes, quas inaccessas uadosum ac reciprocū ma-
 re efficit, cuius sali defectus uel incrementa haud prom-
 ptum est deprehendere. Ita incertis motibus nunc in bre-
 uia rescinditur dorsuosa, nunc aestibus inundatur inque-
 tis. Varro auctor est, per stabilem ibi terram uentis pene-
 trantibus, subitam uim spiritus citissimi aut reuomere
 maria, aut resorbere. Omnis haec plaga ab Aethiopia,
 & terminis Asiae, Nigri flumine, qui Nilum parit, ab Hi-
 spania freto scinditur: latere, quo ad meridiē uergit, fon-
 tiū inops, & infamis siti: altrinsecus quā septentrionē
 patitur, aquarum larga: in agro Byzaceno, qui patet pas-
 suum ducentis uel amplius milibus, glebis ita praepingui-
 bus, ut iacta ibi semina cum incremento centesima frugis
 renascantur. Externos in ea plurimos conuentasse, argu-
 mentum de urbibus & locis dabimus. Borion promonto-
 riū, quod Aqlone caeditur, Graeci aduenae sic uocauerūt.
 Hipponē, Rhegiū postea dictum, item Hipponē alterum
 de interfluente freto diarrhyton nuncupatū, nobilissima
 oppida equites Graeci condiderunt. Clypeā ciuitatem Si-
 culi extruunt, & Assida primū nominant, Venerians
 etiam, in quā Veneris Erycinæ religiones transtulerunt.
 Achai Tripolim lingua sua signant de triū urbiū nume-
 ro, Taphra, Abrotani, Leptis magna. Philenis fratribus
 à laudis cupidine Graiū uocamen datū. Adrymeto atq;
 Carthagini auctor est à Tyro populus. Sed quae super
 Carthagine ueraces libri prodiderūt, hoc loco reddā. Vr-
 bē istā, ut Cato in oratiōe Senatoria autumat, cū rex Hiar-
 bas

has rerū in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit, domo
 Phœnix, & Carhadā dixit, quod Phœnicum ore expri-
 mit ciuitatē nouā. Mox sermone uerso in uerbum Puni-
 cum, & hac Elissa, & illa Carthago dicta est. Quæ post
 annos sepeingentos triginta septē exciditur, q̄ fuerat ex-
 tructa. Deinde à C. Graccho colonis Italicis data, & Iuno-
 nia ab eo dicta, aliquantissimè ignobilis, humili & langu-
 ido statu. Demū in claritatē secundæ Carthaginis, inier-
 iectis centum & duobus annis, M. Antonio, P. Dolabel-
 la cōsulibus enituit, alterum post urbem Romā terrarum
 decus. Verum ut ad Africam redeamus, ipsa suo cingitur
 angulo. Interna eius plurimæ quidem bestia, sed princi-
 paliter Leones tenēt. Qui, ut Aristoteles perhibet, soli
 ex eo genere quod dentatum uocant, uident protinus at-
 q; nascuntur. Quorum trifariam genus scinditur. Nam
 breuiiores, & iubis crissi, plerunq; ignaui sunt, & imbel-
 les. Longiores, & coma simplici, acres magis, ac poten-
 tes. At hi quos creant Pardi, in plebe remanent, iubarum
 inopes. Pariter omnes parcunt à sagina, primum quòd
 alternis diebus potum, alternis cibum capiūt: ac frequē-
 ter si concoctio nō est infecuta, solitæ cibationi superpo-
 nunt diem: tum quòd carnes iusto amplius deuoratas, cū
 grauantur, insertis in ora unguibus sponte protrahunt.
 Sanè & cum fugiendū est, in satietate idem faciunt. Se-
 nectam defectio probat dentiu. Nam clementiæ indicia
 multa sunt. Prostratis parcunt, in uiros potius quàm
 in foeminas seuiunt. Infantes non nisi in magna fame
 perimunt. Nec à misericordia separantur. Assiduis de-
 niq; exemplis patet eos pepercisse, cū multi capti-

uorum aliquo: Leonibus obuijs intacti repatriauerint. Gætulae etiam mulieris nomen Iuba libris comprehensum est, quæ obtestata occursantes feras, impunis redijt. Auer si coëunt: nec hi tantū, sed & Lynces, & Cameli, & Elephanti, & Rhinocerotes, & Tigrides. Lænae foetu primo catulos quinque edunt: deinde per singulos partus numerū decoquunt annis insequētibus. Sed postremò cum ad unū materna foecunditas recidit, ut ultimò singulos procreent, steriles fiunt in aeternū. Animos Leonū frons & cauda indicant, sicut motus equini de auribus intelliguntur. Dedit enim has duas notas generosissimo cuique natura. Vis summa in pectore est, firmitas in capite præcipua. Cum premuntur à canibus, contemptim recedunt, subsistentesque interdū accipiti recessu dissimulant timorē. Idque agunt, si in campis petētibus ac nudis urgeantur, Nam syluestribus locis, quasi testem ignaviae nō reformidantes, quanta possunt se fuga subtrahunt. Cum insequuntur, nisi sum saltu adiuuant. Cum fugiunt, non ualent salire. Gradientes mucrones unguium uaginis corporū claudunt, ne acuminata attritu retundantur. Hoc adeo custodiunt, ut nō nisi auersis faculis currant. Septi à uenātibus, obtutu terram contuentur, quo minus conspectis uenabulis terreantur. Nunquā limò uident, minimeque se uolunt aspici. Cantus gallinaceorū, & rotarū timēt strepitus, sed ignes magis. Leontophonos uocari accepimus bestias modicas, quæ captæ exuruntur, ut earū cineris aspergine carnes polluta, iactaque per cōpita cōcurrētium semitarū Leones necent, si quantulumcunque ex illis sumpserint. Propterea Leones naturali eas premunt odio, atque ubi facultas data est,

est, morsu quidem abstinent, sed dilaniatas exanimant pedum nisibus. Spectaculum ex his primus Romæ edidit Scævola Publij filius in curuli ædilitate. Hyenâ quoq; mittit Africa, cui cū spina riget, collū cōtinua unitate flecti nequit, nisi toto corpore circūactō. Multa de ea mira. Primum, quod si quitur stabula pastorū, & auditu assiduo addiscit uocamen, quod exprimere possit imitatione uocis humanæ, ut in hominē astu accitū nocte sæuiat. Vomittus quoq; humanos mētitur, falsisq; singultibus sollicitatos sic canes deuorat. Qui forte si uenâtes umbram eius dum sequuntur cōtigerint, latrare nequeunt, uoce perdita. Eadē hyena inquisitione corporū sepultorum busta eruit, propterea prōptius est marē capere. Fœminis enim ingenta est callidior astutia. Varietas multiplex inest oculis, colorū mutatio. In quorum pupillis lapis inuenitur, Hyeniū dicunt, prædictū illi potestate, ut cuius hominis fuerit linguae subditus, prædicat futura. Verum Hyena quocunq; animal ter lustrauerit, mouere se non potest, Quapropter magicā scientiam inesse ei pronunciauerunt. In Æthiopiæ parte coit cum leona, unde nascitur monstrum, cui Crocutæ nomen est. Voces hominum & ipsa pariter affectat. Nunquam conuiet aciem orbium, sed in obtutum sine nictatione contendit. In ore gingiua nulla, dens unus atq; perpetuus, qui ut nunquam retundatur, naturaliter capsularum modo clauditur. Inter ea quæ dicunt herbatica, eadem Africa Onagros habet, in quo genere singuli imperitant gregibus fœminarum. Aemulos libidinis suæ metuunt. Inde est quod grauidas suas seruant, ut in editis maribus, si qua facultas fuerit,

generandi spē morsu detruncēt. Quod cauentes scœminæ,
 in secessibus partus occultunt. Africa serpētibus adeò fœ-
 cunda est, ut mali huius merito illi potissimum palma de-
 tur. Ceraſta præferunt quadrigemina cornicula, quorū
 ostentatione, ueluti esca illice, sollicitatas cœnes perimunt.
 Nam reliqua corporis de industria arenis tegunt, nec
 ullum indicatiū sui præbent, uisi ex ea parte, qua inuita: is
 dolo pistibus necem præpetum aucupentur. Amphiso-
 na consurgit in caput geminum, quorum alterum in lo-
 co suo est, alterum in ea parte, qua caudæ. Que causa
 efficit, ut capite utrinque secus nutabundo serpet tracti-
 bus orbiculatis. Iaculi arbores subeūt, è quibus ui maxi-
 ma tribunati, penetrāt animal quodcunq; obuium fortu-
 na fecerit. Scytale tanta præfulget tergi uarietate, ut no-
 tarum gratia uidētes retardet, & quoniā reptando pi-
 grior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupen-
 tes. In hoc tamen squamarū nitore hyemales exuias pri-
 ma ponit. Plures, diuersæq; aspidū species sunt, uerū dis-
 paris effectus ad nocendum. Dipsas sui interficit. Hypna-
 le, quòd somno necat, teste etiam Cleopatra, emitur ad
 mortē. Aliarum uirus, quoniā medelas admittit, minus
 fume meretur. Hemorrhoids morsu sanguinem elicit,
 & dissolutis uenarum cōmercijs, quicquid animæ est, euo-
 eat per cruorem. Prester quem percussit, ostenditur,
 enormiq; corpulentia necatur extuberatus. Ictus Se-
 piū statim putredo sequitur. Sunt & Ammoditæ, est
 & Cenchris, Elephatiæ, Chersydri, Chamedracōtes. Po-
 stremò quantus nominum, tantus mortium numerus.
 Nam Scorpiones, Scinci, lacertiq; uermibus, non serpenti-
 bus

bus ascribuntur. Mōstra hęc si bibāt, clemētius feriūt. Habet affectus, nō temere nisi cōiuges euagātur. Capto altero, uel occiso, uter super fuerit, efferatur. Subciliōra sunt capita fœminis, alui tumidiōres, pestis nocētior. Masculis equaliter teres est, sublimior etiam mitiorq; . Igitur anguibus uniuersis hebes uisus est. Rarō in aduersum conuentur, nec frustra, cum oculos nō in fronte habeant, sed in temporibus: adeō, ut citius audiant, quān quid aspiciant. De gemma Heliotropio inter Æthiopiā, Africā, & Cyprum certamen fuit, quæ nam mitteret generis huius eminentissimam: deprehensumq; est documentis plurimis, Æthiopicam, aut Libycam, palmam tenere. Viridicolor est, non ita acuto, sed nubilo magis, & represso, stellis puniceis superspersa. Causa nominis de effectu lapidis est, & potestate. Deiecta in labris æneis, radios solis mutat sanguineo repercussu, extraq; aquam splendore aëris abiicit, & auertit. Etiam illud posse dicitur, ut herba eiusdem nominis mista, & præcantationibus legitimis consecrata, cum à quocunque gestabitur, subtrahat uisibus obuiorum. Inter Syrtes, quamuis terra pergentibus, iter sideribus destinatur, nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat, & minimo licet uento, tantam diuersitatem flatus efficit, ut subinde euersis sitibus locorum, nulli indicia agnitioni relinquuntur: cum modo quæ fuerant tumulis ardua, in ualles residunt: modo quæ uallibus pressa, cœtu pulueris aggerātur. Ita etiam continens naturam maris sui patitur. Nec interest ubi potius sint procellæ, cum ad exitiū uentium elementis cōgruentibus, in terris flabra seuiāt,

in mari terra. Vtraque Syrtes ducētis quinquaginta mil-
libus passuum separatur. aliquanto clemētior, quæ mi-
nor est. Cneo denique Seruilio, C. Sempronio COSS, in-
ter hæc uadosa classē Romanā impunè accepimus per-
fretasse. In hoc sinu Meninx insula post Myaturnēses pa-
ludes C. Mario fuit latebra. Supra Garamantas Psylli
fuerūt, contra noxiū uirus muniti incredibili corporis
firmitate. Soli morsibus anguium nō interibant, & quan-
uis dente letali appetit, incorrupta durabant sanitate.
Recens etiam editos serpentibus offerebant. Si essent
partus adulterini, matrum crimina plectebantur interitu
paruulorum: si pudici, probos ortus à morte paterni san-
guinis priuilegium tuebatur. Sic originis fidem proba-
bant, uenenis iudicantibus. Sed hæc gens interijt à Nasa-
monibus capta. Neque quicquam aliud præter opinio-
nem de uestigio nominis sui Psylli reliquerunt. Nasamo-
niten lapidem Nasamones dant, sanguineum uniuersum,
nigris uenulis adumbratū. In timo recessu Syrtis maioris
circa Philœnorum aras, Lotophagos fuisse dicimus, nec
incertum est. A Philœnorum aris non procul palus est,
quam Triton amnis influit, ubi speculatam se artium
deam crediderunt. Maior Syrtis ostentat oppidū, Cyrenas
uocant, quod Battius Lacedæmonius Olympia de quin-
ta & quadragesima, rege Martio res Romanas tenente,
anno post Troiam captam quingentesimo octogesimo
sexto condidit. Quæ domus Callimachi poëtæ fuit, & pa-
tria. Inter hoc oppidum, & templum Ammonis, millia
passuum quadringenta sunt. Templo fons proximat So-
li sacer, qui humoris nexibus humum stringit, fauillam
etiam

etiam in cespitem solidat. In qua gleba non sine miraculo
 lucus uiret, undiq; secus agris arenibus. Illic & lapis le-
 gitur, Ammonis uocant cornu: nam ita tortuosus est, &
 inflexus, ut effigiem reddat cornu arietini. Fulgore au-
 reo est, Prædiuina somnia representare dicitur, subiectus
 capiti incubantium. Et arbor est Melopos nomine, ex
 qua profluit lentus humor, quem à loco Ammoniacum
 nominamus. Apud Cyrenenses præterea Syrpe gignitur
 odoratis radicibus, uirgulto herbido magis quam arbu-
 sto. Cuius è culmo exudat æstatis tempore pingue rosci-
 dum, idq; pascentium hircorum inheret barbulis: ubi
 cum arefactam inoleuit, guttis stiritatis legitur ad usum
 mensarum, uel medelæ magis. Dictum est primùm lac Syr-
 picum, quoniam manat in modum lacteum, deinde usu de-
 riuante Laser nominatũ. Quæ germina initio barbaricæ
 impressionis uastatis agris, postea ob intolerandam uecti-
 galis nimietatem, sermè penitus ipsi accolæ eruerunt. Cy-
 renis ab læna Africa est, ab dextera Ægyptus, à fronte
 seuũ & iportuosum mare, à tergo Barbarorũ uarie na-
 tiones, & solitudo inaccessa, incultaq; & squalens, quæ
 Basiliscum creat, malum in terris singulare. Serpens est
 penè ad semipedem longitudinis, alba quasi mitru-
 la lineatus caput. Nec hominis tantùm, uel aliorum ani-
 mantiũ exitijs datus, sed terræ quoque ipsius, quam pol-
 luit & exurit, ubicunque ferale sortitur receptacu-
 lum. Denique extinguit herbas, necat arbores, ipsas
 etiã corrumpit auras, ita ut in aëra nulla alitum im-
 punè transuolet infectum spiritu pestilenti. Cum mo-
 uetur, media corporis parte serpit, media arduus est,

H 5 &

& excelsus. Sibilum eius etiam serpentes alij perhorre-
 scunt. Et cum acceperint, fugam quaeque quoquo possunt
 properant. Quicquid morsu eius occiditur, non depascitur
 feris, non attrectat ales, Mustellis tamen vincitur,
 quas illinc homines inferunt cauernis in quibus delitescit.
 Vis tamen ne defuncto quidem deest. Denique Basilisci reli-
 quias amplo sestertio Pergameni compararunt, & ut
 eadem Apollinis manu insignem, nec araneae intexerent,
 nec alites inuolarent, cadaver eius reticulo aureo suspen-
 sum, ibidem locarunt. Circa extremum Syrium cornu Be-
 renicen ciuitatem alluit Lethon amnis inferna, ut putant,
 exundatione prorumpens, & apud pristinos uates latice
 memoratus obliuionis. Hanc Berenice munuit, quae Pto-
 meo tertio fuit nupta, & in maiori Syrte locauit. Omne
 autem latifundium quod inter Aegyptum, Aethiopiam,
 Libyamque diffunditur, quacumque lucis opacum est, uarium
 impleuit Simiarum genus. Nec quisquam offensus nomi-
 nis cognitione grauetur. Enimuero operae pretium est ni-
 hil omittere, in quo naturae spectanda sit prouidentia. Vul-
 gus Simiarum in his est, quas passim uidemus non sine in-
 genio emulandi: quo facilius in manus ueniunt. Nam dum
 uide uenatum gestus affectant, relictis consilio uisci un-
 guilla, quod mendacio factum uident, oculos suos obli-
 nunt. Ita uisu obducto, prouident est eas corripere. Exultant
 noua luna, tristes sunt cornuto & cauo sydere. Inmoderate
 foetus amant, adeo ut catulos facilius amittant, quos
 impendio diligunt: & ante se gestant, quoniam neglecti
 pone matrem semper haerent. Cercopihaeci caudas habent.
 Haec sola discretio est inter prius dictas. Cynocephali
 & ipsi

Et ipsi sunt è numero Simiarum, in Æthiopiæ partibus frequentissimi. Violenti ad saltum, feri morfu, nunquam ita mansueti, ut non sint magis rabidi. Inter Simias habentur et Sphinges, uillosæ comis, mammis prominulis, ac profundis, dociles ad feritatis obliuionem. Sunt et quas uocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus inquietæ. Callitriches toto penè aspectu a cæteris differunt. In facie barba est, lata cauda. Has capere non est arduum, sed proferre rarum. Neq; enim uiuunt in altero, quàm in Æthiopico, hoc est, suo solo.

DE HAMMANIENTVM GEN-
te, deq; in ea domibus sale constructis.

Caput XXXI.

INTER Nasamonas et Troglodytas gens Hammanientum est, quæ salibus domos extruunt, quos in modum cautium è montibus excitatos, ad usum ædium cæmētitijs nectunt struibus. Tanta ibi huiusce uenæ copia est, ut recta faciant è salinis. Hi sunt Hammanientes, qui commercia cū Trogloditis habēt. Carbunculi gemæ circa Hammanientes propiores Nasamonibus. Asbystæ Lasere uiuunt, hoc aluntur, hoc illis edile est.

DE GARAMANTIBVS, DEQVE
miro apud eosdem fonte.

Caput XXXII.

GARAMANTŪ oppidū est Debris, fonte miro, qui die inq; alternis uicibus die frigeat, nocte serueat, ac p
eadem

eadem uenarum cōmercia interdū ignito uapore aestuet, interdū glaciali horrore algescat. Incredibile memoratu, ut tā breui tēporis curriculo natura tā dissonā sui faciat uarietatē. Idq; qui percōtari uelit, tenebris inesse fluori illi eternā facē credat. Qui rimetur die brumales scatebras, nūquā aliud existimet, quām perpetuò rigere. Vnde nō immeritò per gētes Debris inclyta est, cuius aquæ ex cœlesti uertigine mutāt quilitatē, quāuis cōtrouersa siderū disciplina. Nam cum mūdum à calore uesper tēperet, ab occasu incipit ita incalescere, ut ni tactu abstineas, noxium sit cōtigisse. Rursus cum ortus solis incanduerit, & radijs feruefacta sint omnia, sic glaciales euomit scaturigēs, ut hauriri etiā à sitiētibus nequeat. Quis ergo nō stupeat fontē, qui friget calore, calet frigore? Garamaticæ regionis caput est Garamana, ad quam iter diu inextricabile fuit & inuū. Nam latrones puteos arenis operiebāt, ut tēporaria fraude subductis aquis ī fame & siti iter submoueret accessus uiciū. Sed Vespasiano p̄ncipe, bello quod cū Oeēsib⁹ ḡstū est, difficultas hæc disoluta est cōpēdio sp̄cij breuioris reperto. Garamācas Cornēius Balbus subēgit, & primus ex hac uictoria triūphauit, Primus sanè de externis: utpotè qui Gadibus genitus, accessit ad gloriā nominis triūphalis. Armenta gentis istius obliquis ceruicibus pabulātur. Nam si reiecta ad pastū ora dirigant, officiūt prona in hamum cornua, & obnixa. Ex parte qua Cercina est accepimus Gaulon insulam, in qua serpens neq; nascitur, neque uiuit inuecta. Propterea iactus ex ea quocūque genium puluis, arcet angues: Scorpiones superiactus illicò perimit.

De

DE ÆTHIOPIA, DE EIVS RE-
gionis nominū obscœnis moribus, ac eorundem ho-
minum monstrosis formis. De Draconibus, mi-
ræq; naturæ ibidem feris alijs. De Cinna-
momo aromate, deq; Hyacintho lapide.

Caput XXXIII.

AThiopes, & Atlantica gentes, Nigri flumine diui-
duntur, quam partem putant Nili. Sic papyro ui-
ret, sic calamo prætextitur, animalia eadem edit, iisdem
temporibus exundat, intra ripas tunc quoq; redit, cum
contentus est alueo suo Nilus. Garamantici Æthiopes
matrimonia priuatim nesciunt, sed omnibus uulgò in uene-
rem licet. Inde est, quòd filios matres tantum recognoscunt.
Nã paterni nominis nulla reuerentia est. Quis enim ue-
rum patrem nouerit in hac luxuria incesti lasciuiantis?
Eapropter Garamantici Æthiopes inter omnes popu-
los degeneres habentur, nec immeritò, quia afflictæ casti-
tatis disciplina, successionis notitiam ritu improbo per-
diderunt. Nomen Æthiopum latè patet. In parte Africa-
na, qua Merocèn uidet Libya, plurimæ eorū sunt & ua-
riæ nationes. Harum è numero Nomades Cynocephalo-
rum lacte uiuunt. Syrbotæ longi sunt ad pedes duodecim.
Asachæi captos uenatibus elephantos deuorant. Apud
Sambros nulla est aurita quadrupes, nec Elephanti quidẽ.
His proximi summã regie potestatis cani tradunt, de cu-
ius motibus quidnam imperitet, augurantur. Maritimos
Æthiopus quaternos oculos dicunt habere. Sed fides alia
est, illa deniq; quod & uident plurimū & manifestissime
destināt iactus sagittarū. Occidentem uersus Agriophagi
tenent

tenent, qui solas Pantherarū & Leonū carnes edūt, regē
 præditi, cuius in frōte oculus unus est. Sunt & Pampha-
 gi, quibus esca est quicquid mandi potest, & omnia for-
 tuitō gignētia. Sunt & Anthropophagi, quorum mores
 uocamen sonat. Cynnamolgos aiunt habere caninos ri-
 ctus, & prominula ora. Arthabathitæ pni, atq; quadris
 pedes, nec secus ac ferae, sine sedibus euagantur. Confines
 Mauritaniæ certo tempore locustas terrestres legūt, du-
 ratasq; salsugine in præsidium uitæ solas habent. Sed ex
 illis quadragesimum æui annum nullus supergreditur.
 Ab Oceano isto ad Meroen, quam insulam amplexu pri-
 mo Nilus facit, millia passuum sunt sexcenta uiginti. Ul-
 tra Meroen super exortū solis Macrobij Æthiopes uo-
 cantur. Dimidio enim eorum protensior, quàm nostra ui-
 ta est. Hi Macrobij iustitiam colunt, amant equitatem,
 plurimum ualēt robore, præcipua decent pulchritudine,
 ornantur ære, auro uincula faciunt noxiorum. Locus a-
 pud eos est Heliutrapeza opiparis epulis semper refer-
 tus, quibus indiscretè omnes uescuntur. Nam & diuini-
 tus eas augeri serunt. Est & ibidem lacus, quo perfusa
 corpora uelut oleo nitefcunt. Ex hoc lacu potus saluber-
 rimus. Sanè adeò liquidus est, ut ne caducas quidē uebat
 frōdes, sed illicò folia lapsa ad fundum demittat laticis te-
 nuitate. Ultra hos desertæ inhumanaeq; solitudines ad-
 usq; Arabicos sinus. Deinde in ultimis Oriētis mōstroscæ
 gentium facies. Aliæ sine naribus, æquali totius oris pla-
 uicie informes habent uultus. Alijs concreta ora sunt, mo-
 dicoq; tantum foramine celamis auenarum pastus hau-
 riunt. Nonnullæ linguis carēt, in uicem sermonis utentes
 nutibus

nutibus motibusq; Quædã ex istis nationibus ante Ptole-
 mæum Lathyrũ regẽ Aegypti, incognitũ habuerũt ignis
 usum. Aethiopia omnis ab oriente hyberno ad occiden-
 tem hybernũ tenet. Quicquid eius est, sub meridiano
 cardine lucis nitet. Qui maximè uiret hyeme, à meridia-
 na parte mons editus mari immet, ingenuo igne per æter-
 num feruidus, & inquiete iugis flagentibus: inter quæ
 incendia iugis æstus, draconum magna copia est. Per uo-
 ueris draconibus ora parua, & ad morsus non debiscen-
 tia, sed arctæ fistulæ, per quas & trahunt spiritus, & lin-
 guas exerunt. Quippe non in dentibus uim, sed in caudis
 habent, & uerbere potius quàm rictu nocent. Exciditur
 è cerebris draconum dracontias lapis, sed lapis non est,
 nisi detrahatur uiuentibus. Nam si obeat prius serpens,
 cū anima simul euanescit duricies soluta. Vsu eius orien-
 tis reges præcipuè gloriantur, quanquam nullum leno-
 cin:ũ artis admittat soliditate: & quicquid in eo nobi-
 le est, non manus faciunt, ne alterius quàm nature
 candor sit, quo reluceat. Autor Sothacus gemmam
 hanc etiam sibi uisam scribit, & quibus intercipiatur
 modis, edocet. Præstantissimi audacia uiri explorant an-
 guium foueas, & receptus inde præstolati ad pastum
 exeuntes, præteruectiq; percitis cursibus, obijciunt gra-
 mma medicata, quantum potest ad incitandum soporem.
 Ita somno obsopitis, è capitibus defecant lapides, &
 de manubijs præcipitis ausi, prædam reuehunt teme-
 ritatis. Quæ locorum Aethiopes tenent, feris plena
 sunt, è quibus quã nabũ uocãt, nos Camelopardalẽ dicim⁹,
 collo equis similẽ, pedibus bubulis, capite camelino, ni-
 tore

tore rutilo, candidis maculis superasperſa. Hoc animal
 Romæ Circenſibus dictatoris Cæſaris primùm publica
 tum, iſdem ſermè temporibus illinc exhibita monſtra
 ſunt, Celphos appellant, quorum poſteriores pedes cru-
 re & uestigio humanos artus mentiuntur, priores per-
 inde hominum manus referunt: quæ tamen à noſtris non
 amplius quàm ſemel uifa ſunt. Ante ludos Cn. Põpeij rhi-
 nocerota Romana ſpectacula ne ſciebant, Cui beſtiæ co-
 lor buxeus, in naribus cornu unicum, & repãdum, quod
 ſubinde attritum cautibus, in mucronẽ excitat, eoq; ad-
 uerſus elephantes præliatur, par ipſis propè longitudi-
 ne, breuior cruribus, naturali telo aluum petens, quàm
 ſolam intelligit ictibus ſuis peruiam. Iuxta Nigrin flu-
 uium Catoblepa naſcitur, modica, atque iners beſtia, ca-
 put prægraue egre ferens, aſpectu peſtilenti. Nam qui in
 oculos eius offenderint, protinus uita exeunt. Formicæ
 ibi ad formã canis maximi, arenas aureas pedibus eruūt,
 quos leoninos habent: quas cuſtodiunt, ne quis auferat,
 captantesq; ad necem perſequuntur. Eadem Æthiopia
 Lycaonem, Lupus eſt ceruice iubatus, & tot modis ua-
 rius, ut nullum illi colorem dicant abeſſe, Mittit & Ta-
 randum, bouum magnitudine, biſulco uestigio, ramiſis
 cornibus, capite ceruino, urſino colore, & pariter uillo
 profundo. Hunc Tarandum affirmant habitum metu uer-
 tere, & cum deliteſcat, ſeri aſimilem cuiunq; rei pro-
 ximauerit, ſiue illa ſaxo alba ſit, ſeu fruteto uirens, ſiue
 quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in
 mari Polypi, in terra Chameleantes Sed & polypus &
 Chameleõ glabra ſunt, & proni: ſi cutis leuitate ſpeculi
 modo

modo proximãtia æmulari. In hoc nouum est, ac singulare, hirsutiam pili colorum uices facere. Hinc euenit, ut difficulter capi possit. Aethiopicis lupis proprium est, quod in saliendo ita nisus habent alitis, ut non magis proficiant cursu, quàm meatu: homines tamen nunquam impetunt. Bruma comati sunt, æstate nudi. Thoas uocant. Hystrix quoque inde loci frequentissima, erinacijs similis, spinis tergum hispida: quas plerunque laxatas iaculatione emittit uoluntaria, ut assiduis aculeorum nymbis canes uulneret ingruentes. Illius cæli ales est Pegasus. Sed hæc ales equinum nihil præter aures habet. Tragopa quoque auis maior aquilis, cornibus arietinis proferens armatum caput. Aethiopes legunt Cinnamomum. Id frutetum situ breui nascitur, ramo humili & represso, nunquam ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenit, eximium magis ducitur. Quod in crassitudinem extuberatur, despectui est. Verùm legitur per sacerdotes hostijs prius cæsis: quæ cum litauerint, obseruatur ut messis nec ortum Solis anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet, sarmentorum aceruos hasta diuidit, quæ sacrata est in hoc ministeriũ. Atque ita portio manipulorum Soli dicatur: quæ si iustè diuisa est, sponte incenditur. Inter hæc quæ diximus, nitore cæruleo Hyacinthus inuenitur, lapis preciosus, si quidem inculpabilis inueniatur. Est enim uitijs non parcè obnoxius. Nam plerunque aut uiolaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticum eliquescit. Optimus in illo tenor, si nec densiore fucõ sit obtusior, nec propensa perspicuitate de-

I tectior:

tectior, sed ex utroque temperamento lucis & purpure moderatum suaviter fluorem trahat. Hic est qui sentit auras, & cum coelo facit mutationem: nec equaliter rutilat, cum aut nubilosus est, aut serenus dies. Præterea in os missus, magis friget. Sculpturis certè minimè accommodatus, ut qui attritum respuat. Nec tamen penitus inuisctus est, nam adamante scribitur & notatur. Vbi Hyacinthus, ibi & Chrysolampis apparet: quem lapidè lux cælat, prodit obscurum. Hæc enim est in illo diuersitas, ut nocte igneus sit, die pallidus. Ex ipso sumimus Hæmatitè, rubore sanguineo: ac propterea Hæmatites uocatus.

MIRA DE INTIMIS GENTIBVS

Libyæ, de lapide Hexecontalitho.

Cap. XXXIII.

Quod ab Atlante adusque Canopitanum ostiū pãditur, ubi Libyæ finis est, & Ægyptium limen, dictum à Canopo Menelai gubernatore, ibi sepulto. In ea insula, quæ ostium Nili facit, gētes tenent dissonæ, quæ in auia solitudinis secretum recesserūt. Ex his Atlætes ab hūano ritu prorsus exulāt. Nulli ppriū uocabulū, nulli speciale nomē, diris Solis ortus excipiūt, diris occasus prosequūtur: ustiq; undiq; torrētis plage sidere, oderunt Deum lucis. Affirmant eos somnia non uidere, & abstinere penitus ab animalibus uniuersis. Troglodytæ specus excauant, illis teguntur. Nullus ibi habendi amor, à diuitijs paupertate se abdicarunt uoluntaria. Tantūm lapide uno gloriantur, quem Hexecontalithon

contalithon uocant, tam diuersis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur. Omnes isti carnibus uiuunt serpentum, ignarique sermonis strident potius, quam loquuntur. Augylæ uerò solos colunt inferos. Fœminas suas primis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt patère, mox ad perpetuam pudicitiam legibus stringunt seuerissimis. Gamphasantes abstinent prælijs, fugiunt commercia, nulli se externo misceri sinunt. Blemias, sed non eos qui uicina rubro mari incolunt, credunt truncos nasci parte qua caput est, os tamen & oculos habere in pectore. Satyri de hominibus nihil aliud præferunt, quam figuram. Ægipanes hoc sunt, quod pingi uidemus. Himantopodes flexis nisibus crurum repunt potius, quam incedunt: & pergendi usum lapsu naris destinant, quam ingressu. Pharusi cum Herculi ad Hesperidas pergenti forent comites, itincris tædio hic resederunt. Hactenus Libya.

DE ÆGYPTO, DE NILI FLUMINIS origine, augmento, ostijs. De Apiboue, De Crocodilis, Trochilo aue, Scincis, Hippopotamis, Ibide aue, De miris Ægypti arboribus, De Alexãdria, De Pyramidibus. Cap. xxxv.

Agyptus à meridiæ irorsus recedit, quoad præter dāt Æthiopes. A tergo inferiore eius partem Nilus circumfluit, qui scissus à loco cui Delta nomen est, ad insulæ faciē spacia amplectitur interna, & incerto

I 2 penè

penè fonte decurrens proditur, ut loquemur. Originem habet à monte inferioris Mauritania, qui Oceano propinquat. Hoc affirmant Punici libri, hoc Iubam regem accepimus tradidisse. Igitur protinus lacum efficit, quem *Nilidem* dicunt. Nilum autem iam inde esse coniectant, quòd hoc stagnum herbas, pisces, beluas nihilominus procreet, quàm in Nilo uidemus. Ac si quando Mauritania, unde ei origo est: aut niuibus densioribus, aut imbribus largioribus irrigatur, inde incrementa exundationis in Aegypto augeantur: sed effusus hoc lacu arenis sorbetur, & cuniculis cæcis absconditur: deinde in Casariensi specu prorumpens amplior, eadem indicia præfert, quæ in exortu notauimus. Rursusq; subsidit, nec se prius reddit, quàm post interualla itineris exenti cõtingat Aethiopas. Vbi exit, Nigrũ facit fluuium, quem suprà diximus terminũ esse limitis Africani. Astapum eum indigetes uocant, scilicet aquam è tenebris profluentem. Multas magnasq; ambit insulas, quarũ pleraq; sunt tam diffuse, & uastæ magnitudinis, ut uix eas dierum quinque cursus prætermittet, quamuis concitus ibi feratur. Nobilissima earum est Meroë, circum quam diuisus dextro alueo Astusapes, læuo Astabores nominantur. Tunc quoque emensus magna longinquaq; loca, cum primum occurrentibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium, ut ruere potius quàm manare credatur. Demumq; à Cataractæ ultimo tutus est. Ita enim quædã claustra eius Aegyptij nuncupant. Relicto tamẽ hoc ponè se nomine, quod Siris uocatur, mox inoffensus meat. Septem ostijs conditur, in meridiem uersus

sus

sus excipitur Aegyptio mari. Ignari siderum, uel loco-
 rum uarias de excessibus eius causas dederunt. Alij affir-
 mant Etesias nubium densitatem illò cogere, unde annis
 hic auspicatur, ipsumq; fontem superno humore subla-
 tum, tantum inundationis habere substantiam, quantũ pa-
 buli ad liquorem nubila sumministrauerint. Ferũt alij,
 quod uentorũ flatibus repercussus, cum fluorem solidæ
 uelocitatis nõ queat promouere, aquis in arcto luçtanti-
 bus intumescat, & quantò impensius cõtrouersi spiritus
 repugnauerint, tantò excelsius sublimari in altitudinis
 uertices percussam celeritatẽ, quãdo nec solitus exte-
 nuet cursus alueũ, & stipato iam flumine, uenis origina-
 libus torrentum pondera superueniant, Ita concordia uio-
 lentia, hinc urgentis elementi, hinc resistentis, undis exul-
 tantibus, molẽ colligi, quæ excessus facit. Nonnulli affir-
 māt fontem eius qui Phiala uocatur, siderũ motibus exci-
 tari, extractumq; radijs cãdentibus cœlesti igne suspendi,
 non tamen sine certa legis disciplina, hoc est, lupis cœptã-
 tibus. Verũm omnem excessus originem de sole fieri, pri-
 mãmq; exultantiam tumoris concipi, cum per Cancrum
 sol uehatur. Postmodum triginta eius partibus euolutis,
 ubi ingressus Leonem, ortus Syrios excitauerit, propulso
 omni fluore tãtam uim annis erumpere. Quod tempus Sa-
 cerdotes natalem mundi iudicauerunt, id est, in tertium de-
 cimum Calẽdas Augustas, & undecimum diem. Deinde re-
 uocari exitus uniuersos, cum in Virginem transeat, peni-
 tusq; intra suas ripas capere, cũ Libram sit ingressus. Hoc
 etiam addũt, pariter eum nocere, siue abundantius ex-
 stuet, siue parcius, quandoquidem exiguitas minimum foe-
 cunditatis

cunditatis apporet, propensior copia diuturno humore culturā moretur. Maximos eius exitus cubitos duodeviginti consurgere, iustissimos sedecim temperari. Nec in quindecim abesse proueniunt fructuarios, sed quicquid intra sit, famem facere. Dant illi etiam hoc maiestatis, ut portendat futura, argumentantes, quando quidem Pharsalico bello non fuerit egressus quinque ulnas. Iam illud palam est, quod solus ex omnibus uniuersis nullas expiret auras. Ditionis Ægyptiæ esse incipit à Syene, in qua fines Æthiopum, & inde usque dum mari intimatur, Nili nomē tenet. Inter omnia quæ Ægyptus habet digna memoratu, præcipuè bouem mirantur, Apim uocant. Hunc instar colunt numinis, insignem nota albæ macula, quæ dextro eius lateri ingenita, corniculantis lunæ refert faciem. Statutum æui spacium est, quod ut affuit, profundo sacri fontis immersus necatur, ne diem longius trahat, quàm licebit. Mox alter, nec sine publico luctu requiritur, quem repertum centum antistites Memphim prosequuntur, ut incipiat sacris ibi initiatus, sacer fieri. Delubra, quibus succedit aut incubat, mystice thalamos nominant. Dat omnia manifestatia de futuris, illud maximum, si de consulentium manu cibum capiat. Denique auersatus Germanici Cæsaris dextram, prodidit ingruentia: nec multò post Cæsar extinctus est. Pueri Apim gregatim sequuntur, & repente uelut lymphatici uentura præcipiunt. Bos illi foemina ostēditur in anno semel, & ipsa nõ absque certis insignibus, quæ atque inuēta & oblita est, eadem die statim neci datur. Apis natalem Memphitici celebrant iactu aureæ patere, quam proijciunt in Nili gurgitem.

Hæc

Hæc solennitas per dies septem agitur. Quibus diebus cū sacerdotibus quasdam Crocodili inducias habent, nec at-
 trectant lauantes. Verum octavo die ceremonijs iam per-
 actis, uelut reddita seruiendi licentia, solitam resumunt
 atrocitatem Crocodilus malum quadrupes, & in terra,
 & in flumine pariter ualet, linguam non habet, maxillā
 mouet superiorē. Morsus eius horribili tenacitate conue-
 niunt, stipante se dentium serie peccinatim. Plerūque ad
 uiginti ulnas magnitudinis coalescit. Quilia anseres edit
 oua. Metatur locum nido naturali prouidentia: nec alibi
 foetus premit, quā quò crescentis Nili aquæ nō possunt
 peruenire. In partu fouēdo mas & foemina uices seruāt.
 Præter hiatum oris, armatus est etiam unguium immani-
 tate. Noctibus in aqua degit, per diem humi acquiescit.
 Circundatur maxima cutis foemitate, intantum ut ictus
 quouis tormēto adactos tergore repercutiat. Trochilos
 auis paruula est, ea dū reduias escarū affectat, os belluæ
 huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blādien-
 te aditū sibi in usq; fauces facit. Quod Enhydrus conspi-
 catus, alterū Ichneumonū genus, penetrat beluā, popula-
 tisq; uitalibus, erosa exit aluo. Est & Delphinū genus in
 Nilo, quorū dorsa ferratas habent cristas. Hi Delphines
 Crocodilos studio eliciunt ad natandum, demersi q; astu
 fraudulēto tenera uentriū subternatantes secant, & in-
 terimunt. Præterea habitāt in insula Nili homines forma
 perexigui, sed audacia eousq; præditi, ut Crocodilis se
 offerant obuios. Nam hæc mōstra fogientes insequūtur,
 formidant resistentes. Ergo capiūtur, subactiq; etiā intra
 aquas suas seruiūt, & perdomiti metu ita obsequūtur, ut

immemores atrocitatis, uictorē suos inequitātes dorso
 uehant. Hanc ergo insulā, & hanc gentem ubicunque in-
 dicio odoris persenserint, procul fugiunt. In aqua obtu-
 sius uident, in terra acutissimè, Hyeme nullum cibum ca-
 piunt, quin etiā quatuor menses à coepto brumæ media
 exigūt. Scinci quoque circa Nilū frequētissimi, Crocodi-
 lis quidē similes, sed modica forma, & angusta, uerūm
 ad opē salutarem non qualibet necessarij. Medentes quip-
 pe ex ipsis pocula inficiūt, quibus & stupor neruorū ex-
 citetur, & ueneni uis extinguitur. Hippopotamus in eo-
 dē flumine ac solo nascitur, equino & dorso, & iuba, &
 hinnitu, rostro resupino, unguis bifidis, aprinis dētibus,
 cauda tortuosa. Noctibus segetes depascitur, ad quas per-
 git auersus astu dolofo, ut fallente uestigio, reuertenti
 nullæ ei insidiæ præparentur. Idē cū distēditur nimia sa-
 tietate, arūdines recēs cæsas petit, per quas tādīu obuer-
 satur, quoad stirpiū acuta pedes uulnerent, ut profluuio
 sanguinis leuetur sagina. Plagam deinde cæno oblimit,
 usque dū uulnus cōducatur in cicatricē. Hippopotamos
 & Crocodilos primus Romā Marcus Scaurus inuexit.
 Circa easdem ripas ales est Ibis. Ea serpentū populatur
 oua, gratissimāque ex his escam nidis suis defert. Sic ra-
 rescunt prouentus foetuum noxiorum. Nec tamen aues
 istæ tantū intra fines Ægyptios profunt. Nāq; cū Ara-
 bicæ paludes pēnatorum anguiū mittūt examina, quorū
 tam citum uirus est, ut morsum antè mors, quàm dolor
 insequatur: sagacitate, qua ad hoc ualent, aues excitatæ,
 in procinctū eūt uniuersæ, & prius quàm terminos pro-
 prios externū malū uastet, in aëre occursant cateruis pe-
 stilentibus,

stilētibus, ibi agmē deuorant uuiuersum. Quo merito sa-
 cræ sunt, & illæsa. Ore pariunt. Nigras solum Pelusium
 mittit, reliqua pars candidas. De arboribus quas sola
 fert Ægyptus, præcipua est ficus Ægyptia, folijs moro
 comparanda, poma non ramis tantum gestitans, sed &
 caudice, usque adeò fœcunditatis suæ augusta est, ut uno
 anno septies fructū sufficiat. Vnde pomum decerpseris,
 alterum sine mora protuberat. Materia eius in aquā mis-
 sa subsidit: deinde cum diu defederit in liquore, leuior
 facta sustollitur, & uersa uice, quod natura in alio li-
 gni genere non recipit, fit humore sicca. Palma quoque
 Ægyptia dicēda res est, propriè adipsos uocatur, ut di-
 ci oportuit: eaq; gustata arcet sitim. Odor eidem qui &
 malis Cydonijs. Sed demū sitim sedat, si priusquam matu-
 ruerit decerpatur. Nā si matura sumatur, sensum inter-
 cipit, gressum præpedit, linguā retardat, obsess; s; offi-
 cijs mētis & corporis, imitatur uitiū ebrietatis. Ægy-
 ptiū limitē, quā ad Deltæ cacumē tendit, incolūt popu-
 li, qui momentū quo reparari mundum ad motus ferunt
 ānuos, hoc studio deprehendunt. Eligitur sacer lucus, in
 quem cōpellūt animalia diuersissimi generis. Ea ubi ad
 statutum modū cœlestis uertigo prouecta est, sensus suos
 significationibus produnt quibus possunt. Alia ululant,
 alia mugiunt, quædam stridunt, quædam rugiunt, nonnul-
 la simul confugiunt ad uolutabra. Hoc argumentum il-
 lis est magisterium ad indicatiū temporis deprehendendi.
 Ferunt ijdem populi à primis sibi gentis suæ auis tradi-
 tum, ubi nunc occasus est, quondam ibi ortum solis fuisse.
 Inter Ægyptias urbes numero portarum Thebæ nobi-
 les,

les: ad quas commercia Arabes undique gentium subue-
hāt. Hinc regio Thebaica. Abydos, & ipsa nobilis olim
Memnonis regia, nunc Osyridis fano exculpta. Alexan-
driam & operis ipsius magnitudo, & autor Macedo no-
bilitant. Quam metatus Dinocrates architectus, secun-
dum post cōditorem inter memorabilia locum sortitus
est. Cōdita autē Alexandria est duodecima centesimaq;
Olympiade, L. Papyrio Spuriij filio, C. Patilio Caij filio,
consulibus Romanis, haud longe ab ostio Nili flumi-
nis, quod Heracleoticon alij, alij Canopicon appel-
lant. Est & Pharos, colonia à Cesare dictatore de-
ducta, ex qua facibus accensis uocturna dirigitur na-
uigatio. Nam Alexandria insidioso accessu aditur, falla-
cibus uadis, ceco mari, tribusq; tantū canalibus admittit
nauigantes, Tegamo, Posidonio, Tauro. Hinc igitur in-
portubus machinas ad prælucēdi ministeriū fabricatas,
Pharos dicunt. Pyramides turres sunt in Aegypto, fasti-
giatæ ultra celsitudinē omnem, quæ fieri manu possit. Ita-
que mensuram umbrarum egressæ, nullas habent umbras.
Nūc ab Aegypto promoueamus stylum.

DE ARABIA, ET IN EA THV-
re, & myrrha, de Phœnice ac Cinnamolgo auibus,
deq; Arabum moribus, de lapidum precioso-
rum generibus. Cap. XXXVI.

VLtra Pelusiacū ostiū Arabia est, ad Rubrum per-
tingēs mare, quod Erythraeum ab Erythro rege,
Persei & Andromedæ filio, non solum à colore apellatū
Varro dicit, qui affirmat in littore maris istius fontem
essē,

esset, quem si oues biberint, mutant uellerum qualitatem, & antea candida, amittant quod fuerint usque ad haustum, ac fuluo postmodum nigrescant colore. Rubri autem maris Arsinoë oppidum. Verum hæc Arabia procedit ad usque illum odoriferam & diuitem terram, quam Catabanes & Scenitæ tenent, Arabes nobiles monte Casio. Qui Scenitæ causam nominis inde ducunt, quod tentorijs succedunt, nec alias domos habent. Ipsa autem tentoria cilicina sunt: ita nuncupant uelameta è caprarum pilis texta. Præterea carnibus suillis prorsus abstinent. Sanè hoc animalis genus, si inuentum illò fuerit, moritur illico. Hæc Arabiam Græci εὐδαίμωνος vocant, nostri beatam nominauerunt. Habitatur colie manu facto inter flumen Tigrim, & flumen Euleum, quod ortum à Medis tam puro fluore inclitum est, ut inde omnes reges non alias quam eius aquas bibant. Eudæmonem non frustra cognominatam hinc capessas, quod præter odores, quos creat plurimos, solathus mittit, nec tamen uniuersa. Nam in medio eius sunt Atramitæ pagus Sabæorum, à quo octo mansionibus regio thurifera determinatur. Arabia appellata est, id est, sacra. Hoc enim significari interpretatur. Virgulta hæc non sunt publica, sed quod inter Barbaros nouum, in ius posterorum per successiones transeunt familiarum. Ergo quicumque dominatum istius tenent nemoris, Arabicè sacri uocantur. Iidem illi cum lucos istos uel metunt, uel incidunt, non funeribus intersunt, non congressionibus foeminarum polluuntur. Hanc arborem priusquam penitus fides proderetur, alij lentisco, alij terebintho comparabant, usque dum libris quos Iuba rex scripsit ad Cæsarem Augusti filium, palam fieret, in-

torto

torto eã esse uimine, ramis ad Aceris qualitatẽ, Amygdala modo succum fundere, incidi ortu canis flagrantissimis solibus. In iisdẽ saltibus myrrha prouenit, cuius radices ut uitiũ rastris proficiunt, ablaqueationibus gaudet. Nudatã, pinguiore fluunt lachryma. Sponte manãs preciosior ex ea sudor est: elicitus corticis uulnere, uilior iudicatur. Cortex in uertiginem flexus, & spinis hispidus: foliũ licet crispus, oliuã tamẽ simile. Maxima altitudine extollitur ad quinq; cubita proceritatis. Arabes sarmen-tis eius ignes fouet, quorũ fumo satis noxio, nisi odore cremati Storacis occurrant, plerunque insanabiles morbos contrahunt. Apud eosdem nascitur auis Phœnix, a-quilã magnitudine, capite honorato, in conũ plumis ex-tantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore aureo, postera parte purpureus, absq; cauda, in qua roseis pẽ-nis cæruleus interscribitur nitor. Probatum est quadra-ginta & quingentis eum durare annis. Rogos suos struit Cinnamis, quos propè Panchaiam concinnat, in solis ur-bẽ strue altaribus superposita. Cum huius uita, magni a-ni fieri conuersionem, rata fides est inter autores, quamuis plurimi eorum magnum annum non quingentis & quadragita, sed duodecim millib; noningentis quinquagi-ta quatuor a-nis cõstare dicãt. Quinto itaque Plautio, & Sextio Papinio cõsulibus, Ægyptũ Phœnix iuolauit: ca-ptusq; a-no octigentesimo Urbis cõditã, iussu Claudij prin-cipis, i comitio publicatus est. Quod gestũ præter cẽsurã quã manet, actis etiã urbis cõtinetur. Cinnamolg; pinde Arabiã auis in excellētissimis lucis textit nidos è frutici-bus Cinnamorum: ad quos quouiã nõ est peruenire pro-pter

pter ramorum altitudinem, & fragilitatem, accolæ illas congeries plumbatis perūt iaculis, deiectasq; pretijs uendūt amplioribus, quòd hoc Cinnamum magis quàm aliud mercatores probent. Arabes longe lateq; diffusi, diuersis moribus uiuunt, & cultibus. Plurimis crines intonsi, mitrata capita, redimitu pari, pars rafa in cutem barba. Commercijs student, aliena non emunt, uendunt sua. Quippe & syluis, & mari diuites. Umbra, quæ nobis dextræ sunt, illis sinistra. Pars eorum, quibus asper est uictus, angues edūt: nulla illis uel animi, uel corporis cura, ac propterea ὀφιοφάγοι nominantur. Ex istius littoris sinu, Polycrati regi aduecta Sardonyx gēma, prima in orbe nostro luxuriæ excitauit facem. Nec multum de ea disserēdum puto: ad eò Sardonyx in omnium uenit notitiam. Superficies eius probatur, si meracius rubeat: arguitur, si fuerit seculentior: si medietas circuitur limite candicante: optima est, si nec colorem suū spargat in proximū, nec ipse ex altero mutuetur. Reliqua nigro finiūtur. Quod si trāsluceat, uitio uertitur: si perspicuitatē arceat, proficit ad decorē. Et Molochiten Arabs inuenit, uirentem crassius quàm Smaragdus, contra infantū pericula ingenita ui resistantē. Inuenit & Iridem in mari Rubro, sicut Crystallū sexāgulatam, quæ radijs ic̄ta solis, rutilo aëris percussu, cœlestis arcus ex se iacit speciē. Androdamantem ijdem legūt Arabes, nitoris argentei, lateribus equaliter quadris, quem de Adamante nōnihil mutuatū putes. Datum illi nomen ex eo censent, quòd animorum calentium mollit impetus, & tumentes refrænât iras. Pæderotē etiā Arabicum inde sumimus, Arabica aspectu eburnea est, radi

di

di abnuit. Contra neruorum molestias prodest habentibus. In Pæderote congruit quicquid eximiū est, quadam decoris prærogatiua, Crystallinum lucet, rubet purpuram, in orarum extimis corona crocea uelut è liquido renitente. Hac suauitate oculos afficit, uisum illicit, detinet intuentes, hac etiam gratia Indis placet. Hoc Arabia sat est, hinc ad Pelusium repatriemus.

DE CASIO MONTE, DE POMPEII
magni sepulcro, deq; Ioppe oppido,
Cap. XXXVII.

A Pelusio Casius mōs est, & delubrum Iouis Casij, atq; ita Ostracinae locus Pompeij magni sepulchro inclytus: Idumæa inde incipit, palmis opima. Deinde Ioppe oppidum antiquissimū orbe toto, utpote ante inundationem terrarum conditum. Id oppidum saxum ostētat, quod uinculorum Andromedæ uestigia adhuc retinet, quam expositā belluæ non irritus rumor circūtulit. Quippe ossa monstri illius M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate sua Romæ publicauit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoq; ueracibus libris continentur, scilicet quod costarum longitudo excesserit pedes quadraginta, excelsitas elephantis fuerit Indicis eminentior. Porrò uerticuli spinæ ipsius, latitudine semipedē sunt supergressi.

DE IVDÆA, ET DE FLVMINI-
bus in ea, lacubusq; de Balsamo, de Sodomo
& Gomorro, de Essenis gentibus.

Cap. XXXVIII.

Iudæa

Iudæa illustris est aquis, sed natura nō eadē aquarum
 omnium. Iordanis amnis eximia suauitatis Peneade fon-
 te demissus, regiones præterfluit amcenissimas, mox in
 Asphaltiten lacum mersus, stagno corrumpitur. Qui
 Asphaltites gignit bitumē: Animal non habet, nihil in eo
 immergi potest. Tauri etiam Cameliq; impune ibi flui-
 tant. Est et lacus Genesara extensus passuum sedecim
 millibus, circūseptus urbibus plurimis, et celebribus, ipse
 par optimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus antepo-
 nitur, salubris ingenuo haustu, et ad sanitatem usu effi-
 caci, Iudææ caput fuit Hierosolyma, sed excisa est. Succes-
 sit Hiericus, et hæc desijt caput esse. Artaxerxis bello sub-
 acta. Callirhoë Hierosolymis proximus fons, calore me-
 dico probatissimus, et ex ipso aquarum præconio sic uo-
 catus est. In hac terra tātum Balsamum nascitur, quæ syl-
 ua intra terminos uiginti iugerū usq; ad uictoriā nostrā
 claudebatur. At cū Iudæa potiti sumus, ita luci illi pro-
 pagati sunt, ut iam nobis latissimi colles sudent Balsama.
 Similes uitibus stirpes habēt, malleolis digerūtur, rastris
 nitescūt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus folijs
 sempiternò inūbrātur. Lignū caudicis attrectatū ferro,
 sine mora moritur, eapropter aut uitro, aut cultellis os-
 seis, sed in solo cortice artificii plaga uulneratur, ex qua
 eximia suauitatis gutta manat. Post lachrymam secundū
 in precijs locum poma obtinent, cortex tertium, ultimus
 honos ligno. Lōgo ab Hierosolymis recessu tristis sinus
 panditur: quē de coelo tactū testatur humus nigra, et in-
 cinerē soluta. Duo ibi oppida, Sodomū noiatū alterū, al-
 terū Gomorrū: apud quæ pomū gignitur, quod habeat
 speciem

speciem licet maturitatis, mandari tamen non potest. Nam fuliginem intrinsecus fauillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ uel leui tactu pressa, fumum exhalat, & fathiscit in uagum puluerem. Interiora iudææ, quæ occidentem contuentur, Essæni tenent, qui præditi memorabili disciplina, recesserunt à ritu gentium uniuersarum, maiestatis (ut reor) prouidentia ad hunc morem destinati. Nullæ ibi foeminae. Venere se penitus abdicarunt. Pecuniã nesciunt, palmis uictitant. Nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo. Locus ipse addictus pudicitie est. Ad quem plurimi licet undique gentium properent: nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentie meritum prosequatur. Nam qui reus est, uel leuis culpæ, quamuis summa ope adipisci ingressum uelit, dininitus summouetur. Ita per immensum spacium seculorum (incredibile dictu) æterna gens est cessantibus puerperis. Engadda oppidum infra Essænos fuit, sed excisum est. Verum in clytis nemoribus adhuc durat decus, lucisque palmarum eminentissimis nihil uel æuo, uel bello derogatum. Iudææ terminus Massada castellum.

DE SCYTHOPOLI OPPIDO, ET
monte Casio. Cap. xxxix.

TRanseo Damascum, Philadelphiam, Raphanam. Scythopolis primos incolas, & autorem] dabo. Liber pater cum humo nutricem tradidisset, condidit hoc oppidum, ut sepulturæ titulum etiam urbis mœnibus ampliaret. Incolæ deerant, è comitibus suis Scythas delegit, quos ut

quos ut animo firmaret ad promptam resistendi uolentiam, præmiū loci nomen dedit. In Seleucia alter Casius mōs est, Antiochiæ proximus, cuius è uertice uigilia adhuc quarta conspicitur globus Solis, & breui corporis circumactu radijs caliginē dissipantibus, illinc nox, hinc dies cernitur. Talis è Casio specula est, ut lucem prius uideas, quàm aspicietur dies.

DE EUPHRATE ET TIGRIDE

fluminibus, deq; uarijs gemmarum generibus. Cap. XL.

Euphratem maior fundit Armenia, ortum supra Zimaram sub radicibus montis, quē Capoten accolæ nominant, Scythis proximum. Hic receptis in se aliquot annibus cōualefcit, & stipatus conuenis aquis, luctatur cum Tauri mōris obiectu, quem apud Eligeā scindit, resistat licet duodecim millibus passuū latitudine: lōgisq; excursibus dextra Comagenem, Arabiam læua relinquit. Deinde prælabens plurimas gētes, Babyloniam quōdam Chaldæorum caput diuidit. Mesopotamiā opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar Ægyptij annis terris superfusus, inuectā soli foecunditate. Iisdem fermè temporibus, quibus Nilus exit, sole scilicet in parte Cancrici uicesima constituto. Tenuatur cum iam Leone decurso, ad extrema Virginis curricula facit transitū. Quod gnomonici similibus parallelis accidere contēdunt, quos pares, & coeli & terrarum positione equalitas normalis efficit lineæ. Vnde apparet ista duo flumina ad modulū eiusdē perpendiculi constituta, licet è diuersis manent plagis,

K

plagis,

plagis, easdem incrementi causas habere. De Tigridis de quoque hoc loco dicere par est. In Armenia maioris regione caput tollit mirè quàm lucido conspicuoque fonte in loco edito, qui Elongosine nominatur. Nec tamen ab exordio statim totus est. Primum pigrè fluit, non cum suo nomine. At cum fines Medorum inuectus est, Tigris statim dicitur. Ita enim Medi nominant sagittam. Influit in Arethusam lacum, omnia pondera sustinentem. Cuius pisces nunquam se alveo Tigridis immiscent, sicut nec amnici pisces in stagnum transeunt Arethuse, per quem dissimilis colore, et uolucris meat cursu. Mox Tauro resistente, in profundum specum mergitur, quem subterlabens, in altero eius latere apud Zoroandam emicat, uluas et purgamenta plurima secum trahens. Deinde identidem absconditur, rursumque redditur. Adiabenos, Arabasque præterfluit. Mesopotamiam amplectitur. Amnem nobilissimum Chossem accipit, Euphratem defert in sinum Persicum. Quæcumque Euphratem bibunt gentes, diuerso nitentur lapide, Zmilaces in ipso Euphratis alveo legitur, gemma ad imaginem marmoris Procönesi, nisi quod in medio umbilico lapidis istius glaucum uelut oculi pupilla internitet. Sagda à Chaldæis ad nos usque profluit, haud facilis repertu, nisi (ut perhibent) ipsa capessendam se daret. Namque ingenita spiritus efficacia, supermeantes naues è profundo petit, et carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni, egrè separetur. Ea Sagda apud Chaldæos propter effectus quos ex ea sciunt, habetur loco principis, cæteris propter gratiam magis placet incundissime uiribus. Myrrhites Parthis familiaris est. Huc
 si uisu

si uisu aestimes, Myrrhae color est, et non habet quod afficiat aspectum. Si penitus explores, et attritu incites ad calorem, spirat Nardi suauitatem. In Perside lapidum tanta copia est, tantaque diuersitas, ut longum penes sit ipsis uocabulis immorari. Mithridax sole percussus, coloribus micat uarijs. Tecolithos nucleo oliuae similis, spernitur cum uideatur, sed remedijs bonus, uincit aliorum pulchritudinem. Solutus quippe, et haustus, pulsus calculis, renum dolores ac uesicae leuat. Ammochrysos arenis auro intermixtis, nunc bractearum, nunc pulueris habet quadrulas. Aetites et fuluus est, et tereti positione, alterum lapidem intrinsecus cohibens, cuius crepitu sonorus est, cum mouetur, quamlibet tinnitum illum non internum scrupulum facere, sed spiritum sapientissimi dicunt. Hunc Aetitem Zoroastres praefert omnibus, maximamque illi tribuit potestatem. Inuenitur aut in nidis aquilae, aut in littoribus Oceani. In Perside tamen plurimus. Subnexus specie uteri defendit a fluxibus abortiuis. Pyrrhites fuluus est, tenerique se uehementius non sinit: ac si quando arctiore manu premitur, digitos adurit. Chalazias gradinis et candore praefert, et figuram duritiae robustissima, et inuicta. Echites uiperas habet maculas. Dionysias fuscus est, rubetibus notis sparsus. Idem si aquae mixtus coteratur, uino fragrat, et quod in illo odore mirificum est, ebrietati resistit. Glossopetra deficientibus lunis, caelo cadit, linguae similis humanae, non modicae (ut Magi ferunt) potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant. Solis gemma percadenda est, ad speciem fulgidi sideris, rutilosque ex se iacit radios. Veneris crinis nitet nigro, iteris ductibus ostentans ruforum crinum similitudinem. Selenites translucet fulgore candido, mel

leoq; continens lunæ imaginem, quæ iuxta cursum astri ipsius phibet diebus singulis uel minui, uel augeri. Meconites papauera exprimit. Myrmecites reptantis formicæ effigie notatur. Chalcophthōgos resonat ut pulsata æra. Pudicè habitus, seruat uocis claritatem. Siderites à contemplatione ferri nihil dissonat, uerùm maleficus, quoquò inferatur, discordias excitat. Phlogites ostentat intra se quasi flammæ æstuanter. Anthracias coruscat uelut scintillantibus stellis. Enydros exudat, ut clausam in eo putes fontanã scaturiginem.

DE CILICIA, ET ANTRO CORICIO, deq; monte Tauro.

Cap. XLI.

Ciliciam, de qua agitur, si ut nunc est, loquamur, de Crogasse uidebimur fidei uetustatis. Si terminos sequimur quos habuit olim, absorbum est à cōtemplatione rerum presentium. Ergo inter utranq; culpã, factu optimum est, amborum temporum statum persequi. Cilicia antea usq; ad Pelusium Aegypti pertinebat, Lydijs, Medis, Armenijs, Pãphylia, Cappadocia sub imperio Ciliciũ constitutis. Nox ab Assyrijs subacta, in breuiorem modũ scripta est. Plurima iacet campo, sinu lato recipiens Ibsicum mare à tergo montium Tauri & Amani iugis clausa. A Cilice nomẽ trahit, quem ætas pristina penè ultra æuum memoriæ abscondit. Hunc aiunt Phœnice ortum, qui antiquior Ioue de primis terræ alumnis habetur. Matrem urbium habet Tarson, quam Danaës proles nobilissima Perseus locauit. Hanc urbem interfecat Cydnus amnis.

annis. Hunc Cydnū alij præcipitari Tauro, alij deriuar i
 ex alueo Choaspis tradiderunt. Qui Choaspes ita dul
 cis est, ut Persici reges quamdiu intra ripas Persidi s
 fluit, solis sibi ex eo pocula uendicarint, & cum eun=
 dum foret peregrè, aquas eius secum uectitarint. Ex
 illo parente Cydnus miram trahit suauitatem. Quic=
 quid candidum est, Cydnum gentili lingua Syri dicunt,
 unde anni huic nomen datū. Tūmet uere cū niues sol=
 uuntur, reliqua parte anni tenuis est & quietus. Cir=
 ca Coricum Cilicie crocum plurimum, optimumq; det li
 cet Sicilia, det Syrena, det & Lycia, hoc primū est. Spi
 rat fligrātius, colore plus aureo est, succi ope citius pfi
 cit ad medelā. Ibi Corycus oppidum est, & specus, qui
 montem impositum mari à summo cauat uertice, patulus
 hiatu amplissimo. Nā deiectis lateribus in terræ profun=
 dum, nemoroso orbe amplectitur mediam inanitatem, ui
 rēs introrsus lucis pendētibus. Descensus in eum per duo
 millia et quingēta passuum, nō sine largo die, hinc inde
 fontium assidua scaturigine. Vbi peruentum ad ima pri=
 mi sinus, alter rursus specus pādatur. Quod antrum latis
 primū patet faucibus, postmodum in processu per an=
 gustias obscuratur. In eo sacrum est Iouis fanū, in cuius
 recessu intimo Typhonis Gigantis cubile positū accole
 credunt. Soloē antiquum oppidum Cilicie fuit, patria
 Chrysippi Stoicæ sapientiæ potentissimi, quod à Tigraue
 Armenio subactum, & diu post Pompeiopolim deuictis
 Cilicibus Cneus Magnus cognominauit. Mōs Taurus ab
 Indico primū mari surgit, deinde à scopulis Chelidonijs
 inter Ægyptium & Pamphiliū pelagus obiectus, se=

ptentrioni dextero latere, læuo meridianae plage, occi-
 dēi obuersus fronte profusa. Palam est terras eum con-
 tinnare uoluisse penetrato mari, nisi profundis resisten-
 tibus extendere radices suas uetaretur. Denique qui ra-
 tiocinantur de naturis locorū, tentasse eum omnes exitus
 promontorijs probāt. Nā quoquò uersum mari alluitur,
 procedit in prominentias, sed modò intercluditur Phœ-
 nicio, modò Pōtico sinu, interdum Caspio uel Hyrcano,
 quibus renitentibus subinde fractus, contra Mæoticū la-
 cū flectitur, multisq; difficultatibus fatigatus, Rhyphæis
 se iugis annectit. Pro gentiū ac linguarum uarietate plu-
 rifariam nominatus: apud Indos Imaus, mox Paropami-
 sus, Choatras apud Parthos, post Niphates, inde Tau-
 rus: ac ubi in excellentissimam cōsurgit sublimitatē, Cau-
 casus, Interea etiam à populis appellationē trahit. A dex-
 tro latere Caspius dicitur, uel Hyrcanus, à læuo Ama-
 zonicus, Moschicus, Scythicus. Ad hæc uocabula habet
 alia multa. Vbi dehiscit hiulcis iugis, facit portas, qua-
 rū primæ sunt Armenia, tū Caspia, post Cilicia. In Græ-
 ciā uerticē exerit, ubi Ceraunus predicatur. A Ciliciæ
 finibus Africum limitem despicit. Quantum meridiem
 uidet, sole inæstuat. Quicquid septentrioni oppositum
 est, uento tunditur, & pruina. Quod syluestre est, effe-
 ratur plurimis bestijs, & leonibus immaniſsimis.

DE LYCIA, ET CHIMÆRÆ

monſtri fabula. Cap. XLII.

Quod in Cāpania Vesuuius, in Sicilia Aetna, hoc
 in Lycia mons Chimæra est. Hic mons nocturnis
 æstibus fumidū exhalat. Vnde fabula trifor-
 mis monſtri

mis monstri in uulgum data est, quod Chimera animal putauerunt. Et quoniã natura ibidẽ subest ignea, Vulcano urbem proximam Lycij dicarunt, quã de uocabulo sui nominis Hephæstiam uocant. Olympus quoque inter alia ibi oppidum fuit nobile, sed intercidit: nũc castellum est, infra quod aquæ regię ob insigne floris spectaculo sunt uisentibus.

DE ASIA MINORI, DE EPHESIAE
Dianæ tẽplo, de Alexãdri Magni ortu, de inclytis Asiæ
scriptoribus, de Phrygia, de Bonaso quadrupede, de
Homeri & Hesiodi temporibus, de Memno-
nijs auibus, de Chamæleonte fera, de Ci-
conijs, deq; Galatarum origine.

Cap. XLIII.

S Equitur Asia: sed non eã Asiam loquor, quæ in ter-
tio orbis diuortio terminos ãnes habet, ab Ægyptio
mari Nilũ, a Meotico lacu Tanaim: uerũ eã quæ à Tel-
meso Lyciæ incipit, unde etiã Carpathius auspicatur si-
nus. Eã igitur Asiam ab oriente Lycia includit & Phry-
gia, ab occidẽte Ægea littora, à meridie mare Ægy-
ptiũ, Paphlagonia à septẽtrione. Ephesus in ea urbs cla-
rissima est. Epheso decus tẽplũ Dianæ, Amazonũ fabri-
ca adeo magnificũ, ut Xerxes cũ oĩa Asiatica tẽpla igni
daret, huic uni peperit. Sed hæc Xerxis clemẽtia sacras
edes nõ diu à malo uĩdicauit. Nãq; Herostrat9, ut nomen
memoria sceleris extẽderet, icẽdiũ nobilis fabricæ manu
sua struxit, sicut ipse fassus est, uoto adipiscẽdæ fame la-

K 4 tioris

tioris. Notatur ergo eadē die conflagrauisse templum Ephesi, qua Alexander Magnus Pellæ natus est, qui oritur, ut Nepos edit, Marco Fabio Ambusto, Tito Quintio Capitolino consulibus, post Romā conditam anno trecentesimo octogesimo quinto. Id templū cum postmodum ad cultum augustiorem Ephesij reformarent, faber operi Dinocrates praesuit, quem Dinocratem Alexandri iussu Alexandriam in Aegypto metatū supra exposuimus. Nisquam orbe toto tā assiduos terræ motus, & tam crebras urbium demersiones, quā in Asia esse, cladibus Asiaticis patuit, cū Tiberio principe urbes duodecim simul in ruina ceciderint. Ingenia Asiatica inclyta per gentes fuisse. Poëtæ Anacreō, inde Mīmnermus, & Antimachus, deinde Hipponax, deinde Alcæus, inter quos etiam Sappho mulier. At historiæ conditores Xanthus, Hecateus, Herodotus, cū quibus Ephorus, & Theopompus. Nāq; de septē sapientia praeditis, Bias, Thales, Pittacus, Cleanthes Stoicæ eminentissimus, Anaxagoras naturæ indagator. Heraclitus etiā subtilioris doctrinæ arcanis immoratus. Asiā excipit Phrygia, in qua Celenæ, quæ antiquato priori nomine in Apameā trāsire, oppidū à rege Seleuco postmodū constitutū: illic Marsyas ortus, illic & sepultus. Unde qui proximat fluuius, Marsyas dicitur. Nam sacrilegi certaminis factum, & audaces in deum tibias, testatur nō procul cū fonte uallis, quæ euentū gestæ rei signat, & ab Apamea decem millibus passuū separata, Aulocrne usq; adhuc dicitur. Ex arce huiusce oppidi Mæader annis caput tollit, qui recurrētibus ripis flexuosus inter Cariā & Ioniam præcipitat in sinum, qui Miletum diuidit & Prienem.

Prienē. Ipsa Phrygia Troadi superiecta est, aquilonia parte Galatie collimitata, à meridiana Lycaonia, Pysidia, Mygdoniēq; contermina. Eadem ab oriente uicina Lydia, à septētrione Mysia, Caria, à parte qua dies medius est, mons Lydiae Tmolus croco florentissimus, amnis Pactolus, quē aurato fluore incitum, aliter χρυσοφόρυ uocāt. In his locis animal nascitur quod Bonasum dicūt, cui taurinū caput, ac deinceps corpus omne, tantū iuba equina: cornua aut ita multiplici flexu in se recurrētia, ut si quis in ea offendat, nō uulneretur. Sed quicquid praesidij monstro illi frons negat, alius sufficit. Nam cum in fugā uertitur, proluuie citi uentris simū egerit per lōgitudinem triū iugerum, cuius ardor quicquid attigerit, adurit. Ita egerie noxia summouet insequētes. Miletos Ioniae caput, Cadmi olim domus, sed eius q̄ primus inuenit pro se orationis disciplinā. Non lōgè Epheso Colophō ciuitas, nobilis oraculo Clarij Apollinis. Vnde haud procul Minas mōs surgit, cuius uertices de nubibus superuolantibus futuræ tēpestatis significant qualitātē. Caput Maeoniae Sypilus excipit, Tantalus antea dicta, et in illā uocabuli memoriā orbitatibus data Niobe. Smyrnā Melas circumfluit, inter flumina Asiatica facile praecipuus amnis. Smyrnaeos uerò campos fluuius Hermus secatur, qui ortus Dorylao Phrygiae, Phrygiā scindit à Caria. Hūc quoq; Hermum fluctibus aureis aestuasse antiquitas credidit. Smyrna, unde praecipue nitet, Homero uati patria extitit, qui post Iliū captū, anno ducentesimo septuagesimo secūdo, humanis rebus excessit. Agrippa Syluii Tyberini filio Albæ regnāte, āno ante Urbē cōditā cētesimo sexagesimo.

gesimo. Inter quę & Hesiodū poētā, qui auspicijs Olympiadis primę obiit, centū triginta octo anni interfuerūt. In Rheteo littore Athenienses & Mitylenęi ad tumulū ducis Theßali Achilleon oppidum condiderūt, quod propemodum interiit. Deinde interpositis quadraginta fermē stadijs, in altero cornu eiusdē littoris ob honorem Salaminij Aiadis alterū oppidū, cui Æantio datū nomē, Rhodij extruxerūt. At iuxta Iliū Memnonis stat sepulchrū, ad quod sempiternò ex Æthiopia cateruari aues aduolant, quas ilięses Memnonias uocāt. Cremutius auctor est, has easdē anno quinto in Æthiopia cateruatim coire, & undiq; uersum quousquam gētū sint, ad regiā Mēnonis cōuenire. Mediterranea, quę sunt supra Troadis partem Teutrania tenet regio, quę prima Mysorum fuit patria. Perfunditur Teutrania Caico flumine. Per omnem Asiā Chamæleon plurimus, animal quadrupes, facie, quę lacertę: nisi crura recta, & longiora uentri iūgerētur, proluxa cauda, eademq; in uertiginē torta, hamati ungues, subtili aduncitate, incessus piger, & ferē idem qui testudinum motus, corpus asperū, cutē qualem in Crocodilis deprehendimus, subducti oculi, & recessu concauo introrsum recepti, quos nunquā nictatione obnubit. Visum denique nō circumlatis pupillis, sed obtutu rigidi orbis intentat. Hiatus æternus, ac sine ullius usus ministerio: quippe cum neq; cibū capiat, neq; potu alatur, nec alimēto alio, quàm haustu aëris uiuat. Color uariis, & in momento mutabilis, ita ut cuiuscūq; rei se cōiūxerit, concolor ei fiat. Celores duo sunt, quos fingere nō ualet, rubrus & cādidus: ceteros faciliē mētitur. Corpus penē

pus penè sine carne, uitalia sine liene, nec nisi in corculo
 pauxillū sanguinis deprehēditur. Latet hyeme, produci-
 tur uere. Imperibilis est Coraci, à quo cū interfectus
 est, uictorē suum perimit interēptus. Nā si uel modicum
 ales ex eo ederit, illico moritur. Sed Corax habet præsi-
 diū ad medelam, natura manū porrigente. Nā cū affli-
 ctum se intelligit, sumpta fronde laurea recuperat sani-
 tatē. Pythonis Come est Asia locus in cāpis patentibus.
 ubi primo aduētus sui tēpore ciconiæ aduolāt, & cā quæ
 ultima aduenerit, laniāt uniuersæ. Aues istas ferūt lin-
 guas nō habere, uerū sonum quo crepitant, oris potius
 quàm uocis esse. Eximia illis inest pietas. Etenim quātū tē-
 poris impenderint fœtibus educandis, tā uim & ipse à
 pullis inuicem aluntur. Ita enim impensè nidos fouent, ut
 incubitus assiduitate plumas exuant. Noceri eis, omnibus
 quidem locis nefas ducunt: sed in Thesalia uel maximè,
 ubi serpētum immanis copia est: quos dum escandi gra-
 tia insectātur, regionibus Thesalicis plurimū mali de-
 trahunt. Galatiā primis seculis priscae Gallorum gentes
 occupauerunt, Tolistobogi, & Voturi, & Ambiani, quæ
 uocabula adhuc permanent, quamuis Galatia unde di-
 cta sit, ipso sonat nomine.

DE BITHYNIA ET HYLE RA-

ptu, deq; Hannibalis exitu ac sepulchro.

Cap. XLIIII.

Bithynia in pōti exordio, ad partem solis orientis, ad-
 uersa Thraciæ, opulenta ac diues urbium à fontibus
 Sangarij fluminis primos fines habet, ac è Bebricia dicta,
 deinde

deinde Mygdonia, mox à Bithyno rege Bithynia. In ea Prusiam urbem prætermeat Hylas flumen, & alluit Hylas lacus: in quo resedisse credunt delicias Herculis Hylam puerum Nymphis rapinam, in cuius memoriam usq; adhuc soleni cursatione lacum populus circuit, & Hylam uoce clamant. In Bithynio quoq; agro Libyssa, locus Nicomediae proximus, sepulcro Hannibalis fama datus, qui post Carthaginense iudicium transfuga ad regem Antiochum, deinde post Antiochi apud Thermopylas pugnam tam malã, fractumq; regem fortune uicibus in hospitium Prusiae deuolutus, ne traderetur Tito Quintio ob hanc causam in Bithyniam missus, captiuusq; Romã ueniret, ueneni mali poculo animã expulit, & à Romanis se uinculis morte defendit.

DE ORA PONTICA.

Caput XLV.

IN ora Põtica post Bosphori fauces, & Rhesum amnẽ, portumq; Calpas, Sãgaris fluius ortus in Phrygia, dictusq; à plerisque Coralius, exordium facit Maryandini sinus, in quo oppidum Heraclea, oppositum Lyco flumini: & Acone portus, qui prouentu malorum graminum usq; eò celebris est, ut noxias herbas aconita illinc nominemus. Proximus inde Acherusius specus, quẽ foraminis cæci profundo adusq; inferna aiunt patere.

DE PAPHLAGONIA, ET VENTORUM origine. Cap. XLVI.

PAphlagoniam limes à tergo Galaticus amplectitur. Et Paphlagonia Carabi promontorio spectat Tauricam.

ricam, consurgit Cytoro monte, porrecto in spatium triū & sexaginta millū, insignis loco Heneto: à quo (ut Cornelius Nepos perhibet,) Paphlagonēs in Italiā trāsuecti, mox Veneti sunt nominati. Plurimas in ea regione urbes Milesij condiderunt. Eupatoriā Mihridades, quæ subacta à Pompeio Pompeiopolis est dicta.

DE CAPPADOCIA, ET IN EA
equorum natura. Cap. XLVII.

Cappadocia gentiū uniuersarū, quæ Pontum acco-
lūt, præcipuè in rorsus recedit. Latere læuo utraque Armenias, & Comagenem simul transit, dextro plurimis Asiæ populis circumfusa. Attollitur ad Tauri iuga, & Solis ortus. Præterit Lycaoniam, Pisidiam, Ciliciam. Vadit super tractum Syriæ Antiochiæ, parte regionis alterius in Scythiam pertendens, ab Armenia maiore diuisa Euphrate amne. Quæ Armenia, unde Pariedri montes sunt, auspiciatur. Multæ in Cappadocia urbes inclytæ. Verūm ut ab alijs referamus pedē, coloniam Archelaidem, quā deduxit Claudius Cæsar, Halys præterfluit. Neocæsareā fluuius Lycus alluit. Melitam Semiramis condidit. Mazacham sub Argæo sitam, Cappadoces matrem urbium numerant. Qui Argæus niualibus iugis arduus, ne æstiuo quidem torrente pruinis caret, quæq; indigenæ populi habitari Deo credunt. Terra illa ante alias altrix equorum, & prouentui equino accommodatissima est. Quorū hoc in loco ingenium reor persequendum. Nam equis inesse iudicium, documentis plurimis patefactum est, cum iam aliquot inuenti sint, qui
non

non nisi primos dominos agnoscerent, obliti mansuetudinibus, si quando mutassent cōsuetas seruitias. Inimicos paratis suae norunt, adeo ut inter praelia hostes morsu petant. Sed illud maius est, quod rectoribus perditis quos diligebant, accersunt fame mortem. Verum hi mores in genere equorum praestantissimo reperiuntur. Nam qui infra nobilitatem sunt sati, nulla documenta sui praebuerunt. Sed ne quid videamur dicendi licentia contra fidem arrogasse, exemplum frequens dabimus. Alexandri Magni equus, Bucephalus dictus, siue de aspectus toruitate, seu ab insigni, quod taurinum caput armo iniustum gerebat, uel quod de fronte eius quaedam extantiu corniculorum minae protuberabant, cum ab equario suo alias etiam molliter sederetur, acceptoque regiostratu, neminem unquam alium praeter dominum uehere dignatus est. Documenta eius in praelijs plurima sunt, quibus Alexandrum e durissimis certaminibus sospitem opera sua extulit. Quo merito effatum, ut defuncto in India exequias rex duceret, et supremis sepulchrum daret. Urbem etiam conderet, quam in nominis memoriam Bucephala nominauit. Equus C. Caesaris nullum praeter Caesarem dorso recepit: cuius primores pedes facie uestigij humani tradit fuisse, sicut ante Veneris genitricis simulacrum eadem hac effigie locatus est. Regem Scytharum, cum singulari certamine interceptum, aduersarius victor spoliare uellet, ab equo eius calcibus morsuque laniatus est. Agrigentina etiam regio frequens est equorum sepulcris, quod supremorum munus meritis datum creditur. Voluptatem his inesse, circi spectacula prodiderunt. Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum uarietate, nonnulli

nonnulli etiã accēsis facibus ad cursus prouocantur. Affe-
ctū equinū lachrimæ probant. Deniq; interfecto Nicome-
de rege, equus eius inedia uitã expulit. Cum prælio Antio-
chus Galstas subegisset, Centaretrij nomine ducis, qui in
acie ceciderat, equum ouaturus insiluit. Isq; adeo spre-
uit lupatos, ut de industria curuatus, ruina & se, & equi-
tem pariter affligeret. Ingenia equorū & Claudij Cæsa-
ris Circēses probarūt, cū effuso rectore quadrigæ, cursus
æmulos non minus astu, q̄ uelocitate præuerterēt, & post
decursa legitima spacia, ad locū palmæ sponte consiste-
rent, uelut uictoriæ præmiū postularēt. Excusso quoq; au-
riga, quem Ratumenā nominabant, relicto certamine, ad
Capitolium quadriga prosiluit: nec antè substitit, quamli-
bet obuijs occurribus impedita, q̄ Tarpeiū iouē terna dex-
tratione lustrasset. In huiusce animalis genere ætas
longior maribus. Legimus sanè equum adusq; annos
septuaginta uixisse. Iam illud non uenit in ambigū, quod
in annū tertiu & tricesimū generant, utpotè qui etiã post
uicesimū mittantur ab sobolē reficiendā. Notatū etiã ad-
uertimus Opuntem nomine equum, ad gregariam Ve-
nerē durasse in annos quadraginta. Equarū libido extin-
guitur iubis tonsis: in quarū partu amoris nascitur uenefi-
ciū, quod in frontibus præferunt recens editi, fuluo colo-
re, caricis simile, ἰππὸμαχὲς nominatū. Quod si prære-
ptū statū fuerit, nequaquã mater pullo ubera præbet uel-
licãda. Quo quis acrior fuerit, speiq; maioris, eò profun-
dius nares mer sitat in bibēdo. Mas ad bella nūquã produ-
citur apud Scythas, eo quòd fœminæ leuare uescias etiã in
fuga possint. Edūt equæ ex uētis conceptos, sed hi nūquã
ultra

ultra triennium æuum trahunt.

DE ASSYRIA, DE QVE VN-
guentorum origine. Cap. XLVIII.

ASyriorum initium Adyabene facit: in cuius parte Arbelitis regio est, quem locū uictoria Alexandri Magni nō sinit præteriri. Nam ibi copias Darij fudit, ipsumq; subegit, expugnatisq; eius castris, in reliquo apparatu regis scriniū unguentis refertum reperit, unde primū Romana luxuria fecit ingressum ad odores peregrinos. Aliquantisper tamen uirtute ueterum ab illa uitiorum illecebra defensi sumus, atq; adeò in censuram Publij Crassi, & Iulij Cæsaris, qui edixerunt anno Urbis conditæ quingentesimo sexagesimo quinto, nequis ungueta inueheret peregrina. Postmodū uicerunt nostra uitia, & Senatui adeò placuit odorum delicia, ut ea etiā in penetralibus tenebris uteretur: sicut L. Plotium fratrem L. Plotijbis consulem proscriptum à triumuiris, in Salernitana latebra unguenti odor prodidit.

DE MEDICA ARBORE.

Cap. XLIX.

HOs terrarū ductus excipit Media, cuius arbor inclaudit etiam carminibus Mātuanis. Ingēs ipsa, & cui tale fermē, quale Vnedonibus foliū est: tantum eo differt, quod aculeatum spinosis fastigijs hispidatur. Gestat malum inimicum uenenis, sapore aspero, & amaritudinis mire. Odoris autem fragrantia plus quàm iucundum, longēq; sensibile. Verum pomorum illi tanta ubertas inest, ut onere prouentus semper grauetur. Nam protinus atq; poma eius reciderint maturitate, alia protuberant, eaq; tantum

tantum est opimitati mora, ut foetus decidant antè nati. Vsurpare sibi nemora ista optauerunt & aliæ nationes, per industriam tralati germinis & inserti: sed beneficiũ soli Mediæ datũ, natura resistente terra alia non potuit mutuari.

DE CASPIIS PORTIS.

Caput I.

Casspiæ portæ panduntur manu iremere manu facto, longo octo millibus passuum. Nam latitudo uix est plastro permeabilis. In his angustijs etiam illud inter alia difficile, quod præcisorũ laterum saxa liquentibus iter se salis uenis, exudât humorẽ affluētissimũ, qui mox ui caloris constrictus, uelut in glaciẽ coit. Ita labes inuia accessum negat. Præterea octo & uiginti milliũ passuũ tractũ ois quoquò idẽ pergitur, nullis puteis uel fontib⁹, humo arida, sine præsidio siccit. Tum serpentes undique gentium conuenæ, à uerno statim die illuc confluunt. Ita periculi ac difficultatis concordia ad Casspios, nisi hyeme, accessus negatur.

DE DIREO, ET MARGIANA

regione. Caput II.

A Casspijs ad orientẽ uersus locus est, quod Direum appellatur, cuius ubertati nõ est quod uspiam cõparari queat: quem locũ cirunsidunt Tapyri, Anariaci, & Hyrcani. Ei proximat Margiana regio, inclyta cœli ac soli commodis, adeò ut in toto ille latifundo uitibus

L sola

sola gaudeat. In faciem theatralem montibus clauditur, ambitu stadiorum mille quingentorum, inaccessa penè ob incommodum arenosa solitudinis, quæ per centum et viginti milia passuum undique uersum circumfusa est. Regionis huius æmulationem Alexander Magnus usque adeo miratus est, ut ibi primum Alexandriam cõderet, quam mox à Barbaris excisam, Antiochus Seleuci filius reformauit, et de nuncupatione domus suæ dixit Seleucia. Cuius urbis circuitus diffunditur in stadia septuaginta quatuor. In hac Orodes Romanos captos Crassiana clade deduxit. Et aliud in Cassiis Alexander oppidum excitauit, idque Heraclæa dictum dum manebat, sed hoc quoque ab iisdem euersum gentibus, deinde ab Antiocho restitutum, ut ille maluit: Achais postmodum nominatum est.

DE OXO AMNE, ET CIRCA EVM

gentibus, de itinere Liberi patris, Herculis, Semiramidis, et Cyri regis termino, deque
Camelorum natura.

Cap. LII.

OXus amnis de licu Oxo oritur, cuius cras Heniochi, Batani, Oxystaga accolunt, sed præcipuam partem Bactri tenent. Bactris præterea est proprius amnis Bactros: unde et oppidum quod incolunt, Bactrum. Gentes huiusce quæ ponè sunt, Paropamisi iugis ambiuntur, quæ aduersa Indi fontibus terminantur. Reliqua includit Oxus flumen. Ultra hos Panda oppidum Sogdianorum, in quorum finibus Alexander Magnus tertiam Alexandriam cõdidit, ad cõtestados itineris sui terminos. Hic enim locus est.

est, in quo primū à Libero patre, post ab Hercule, deinde à Semiramide, postremò etiā à Cyro arce sunt cōstitutæ. quòd proximū gloriæ omnes duxerūt. illò usq; promouisse itineris sui metas. Vniuersi eius ductus dūtaxat ab illa terrarū parte Iaxartes fluius secat fines, quæ tamen Iaxarten soli uocant Bactri: nam Scythæ Silyn nomināt. Hunc eūdē esse Tanaim, ex rebus Alexādrī Magni crediderūt, Verūm Demodamas dux eleuci & Antiochi, satis idoneus uero auctor, trāsuectus annem istū, titulos omniū supergressus est, aliūq; esse quàm Tanaim apprehendit. Ob cuius gloriæ insigne, dedit nomini suo, ut altaria ibi statueret Apollini Didymæo. Hoc est colliminium, in quo limes Persicus Scythis iungitur, quos Scythas Persæ lingua sua Sacas dicūt, & inuicē Scythæ Persas Chorfaros nominant, montemq; Caucasum Graucasum, id est, ninibus cādicantē. Densissima hic populorum frequētia, cum Parthis legē placiti ab exordio moris incorrupta custodit disciplina. E quibus celeberrimi sunt Massagetae, Essedones, Ariacæ, Sacæ, Dabæ, & Assæi. Post quos innumerissimis Barbaris interiacentibus, de ritu aliarum nationū penè incōstanter definitū aduertimus. Bactri Camelos fortissimos mittunt, licet & Arabia plurimos gignat. Verū hoc differūt, quòd Arabici bina tubera ī dorso habēt, singula Bactriani. Hi nunq̄ pedes atterūt. Sūt enim illis reciprocis quibusdā pulmūculis uestigia carnulenta. Vnde & cōtraria est labes ābulātib9, nullo fauēte præsidio ad nūsum insistēdi. Habētur in duplex ministeriū, Sūt alij ouerē ferēdo ac cōmodati, alij leues ad pernicitatē. Sed nec illi ultra iustū pōdera recipiūt, nec isti amplius q̄ solita spacia

uolunt egredi. Geniturae cupidine efferantur adeo, ut
 sciant cum Venerem requirunt. Oderunt equinum ge-
 nus. Sitim etiam in quatrimum tolerat. Verum cum oc-
 casio bibendi data est, tantum implentur, quantum et
 satiet desideria praeterita, et in futurum diu pro-
 fit. Lutulentas aquas captant, puras refugiunt. Denique nisi
 coenosior liquor fuerit, ipsi assidua conculcatione limum
 excitant, ut turbetur. Durant in annos centum, nisi forte
 translati in peregrina, insolentia mutati aeris morbos tra-
 hant. Ad bella foeminae preparantur. Inuentumque est, ut
 desiderium eis coitionis quadam castratione execaretur.
 Putant enim fieri ualidiores, si a coitibus arceantur.

DE SERIBVS, ET SERICO

uellere. Cap. LIII.

Qua ab Scythico Oceano, et mari Caspio in Ocea-
 num Eoum cursus inflectitur, ab exordio huiusce
 plagae profundae niues, mox longa deserta,
 post Anthropophagi, ges asperrima, dein spatium sauis-
 simis bestiis efferata, ferme dimidia itineris partem im-
 penetrabilem reddiderunt. Quarum difficultatum terminum fa-
 cit iugum mari imminens, quod Tabim Barbari dicunt. Post
 quem adhuc longinquae solitudines. Sic in tractu eius ora,
 quae spectat aestiuum orientem, ultra inhumanos situs primos
 hominum Seres cognoscimus, quae aquarum aspergine inudatis
 frondibus, uellera arborum adminiculo depectunt liquoris,
 et lanuginis teneram subtilitatem humore domant ad ob-
 sequium. Hoc illud est Sericum, in usum publicum damno
 seueritatis admissum: et quo ostentare potius corpora,
 quam

uestire, primò fœminis, nunc etiam uiris persuasit luxu-
riæ libido. Seres ipsi quidem mites, & inter se quietissi-
mi. Aliàs uerò reliquorũ mortaliũ coetus refugiũt, adeò
ut cæterarũ gẽtiũ cõmercia abnuãt. Primũ eorũ fluium
mercatores ipsi trãseũt, in cuius ripis, nullo inter partes
lignæ cõmercio, sed depositarũ rerum precia oculis æsti-
mãtes, sua tradunt, nostra non emunt.

DE ATTACIS GENTIBVS.

Cap.

LIIII.

S Equitur Attacenus sinus, & gēs Attacorum, quibus
temperies prærogatiua mirã aëris clementiam sum-
ministrat. Arcent sanè afflatum noxium colles, qui salu-
bri apricitate undiq; secus obiecti prohibēt auras pestilē-
tes. Atq; ideo, ut Amometus affirmat, par illis & Hyper-
boreis genus uitæ est. Inter hos & Indiã gnarissimi Cyclo-
nas locauerunt.

DE INDIA, ET INDORVM MO-
ribus, de eius regionis cœli clemẽtiã, de Indiæ fluminibꝰ,
deque miris in ea animalibus, arboribus, odoramentorũ
generibus, de Indis itẽ preciosis lapidibus. Cap. LV.

A B Emodis montibus auspiciatur India, à meridiano
mari porrecta ad Eoũ, & à septentrione usq; ad
montem Caucasum, Fauonij spiritu saluberrima. In anno
bis æstatem habet, bis legit fruges, uice hyem s Etesijs po-
titur. Hanc Possidonius aduersam Gallie statuit. Sanè
nec quicquam ex ea dubium. Nam Alexandri Magni ar-

L

3

mis

mis cōperta, & aliorū postmodū regū diligētia peragrata, penitus cognitioni nostræ addita est. Megasthenes sane apud Indicos reges aliquantisper commoratus, res Indicas scripsit, ut fidem quam oculis subiecerat, memoria daret. Dionysius quoq; qui & ipse à Philadelpho rege spectator missus est gratia periclitandæ ueritatis, paria prodidit. Tradunt ergo in India fuisse quinque millia oppidorū præcipua capacitare, populorū nouem millia. Diu etiā credita est tertia pars esse terrarū. Næc mirū sit, uel de hominū, uel de urbū copia, cū soli Indi nūquā à natali solo recesserint. Indiā Liber pater primus ingressus est, ut potè qui Indis subactis primus omnium triumphauit. Ab hoc ad Alexandrum Magnum numeratur annorū sex milia quadringenti quinquaginta unus, additis eo amplius tribus mensibus, habita per reges cōputatione, qui cētū quinquagintatres tenuisse medium æuum deprehenduntur. Maximi in ea amnes Ganges, & Indus: quorū Gangem quidam fontibus incertis nasci, & Nil modo exūdare perhibet. Alij uolunt à Scythicis montibus exoriri. Hypasis etiā nobilissimus ibi fluuius, qui Alexātri Magni iter terminauit, sicuti aræ in ripa eius positæ probant. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per uiginti patet. Altitudo ubi uadosissimus est, mensuram centum pedum deuorat. Gangarides extimus est Indio populus, cuius rex equites mille, Elefantos septingentos, peditum sexaginta millia in apparatu belli habet. Indorum quidam agros exercent, militiam plurimi, merces alij, optimi ditissimiq; Rempubicā curā: reddūt iudicia, & sident regibus. Quicū ibi eminentissima sapiētiae

sapiētiae

pietiae genus est, uita repletos incensis rogis mortem accersere. Qui uerò ferociori sectae se dederunt, et syluestre agunt uitam, Elephantos uenatur, quibus perdomuis ad mansuetudinẽ, aut arant, aut uehuntur. In Gerge insula est, populosissima et amplissima continens gentem, quorum rex peditum quinquaginta millia, equitum quatuor millia in armis habet. Omnes sanè quicumq; praedi sunt regia potestate, non sine maximo elephantorum, equitum, peditumq; numero, militarẽ agitant disciplinã. Prasia gens ualidissima Palybotram urbem incolunt, unde quidã gentem ipsam Palybotros notarunt. Quorum rex sexcentena millia peditum, equitum triginta millia, elephantorum octo millia omnibus diebus ad stipendium uocat. Ultra Palybotram mons Maleus, in quo umbræ hyeme in septentriones, æstate in Austros cadunt, uicissitudine hac durante senis mensibus. Septentriones in eo tractu in anno semel, nec ultra quindecim dies apparerent, sicuti autor est Betho, qui perhibet hoc in pluribus Indiae locis euenire. Indo flumini proximantes, uersa ad meridiem plaga, ultra alios torrentur calore. Deniq; uim sideris prodit hominum color. Motana Pygmaei tenent. At ij quibus est uicinus Oceanus, sine regibus degunt, Padea gens à foeminis regitur, cui reginam primam assignant Herculis filiam. Et Nysa urbs regioni isti datur. Mons etiam Ioui sacer, Meros nomine, in cuius specu nutritum Liberum patrem ueteres Indi affirmant, ex cuius uocabuli argumento lasciuienti famæ creditur Liberum patrem foemine natum. Extra Indi ostium sunt insulae duae, Chryse, et Argyre, adeo foecundae copia metallorum, ut pleriq; eas aurea sola prodiderint et argentea

habere. Indis omnibus promissa caesaries, nō sine fūco caerulei aut crocei coloris. Cultus praecipuus in gēmis. Nullus funerum apparatus. Praeterea, ut Iuba & Archelai regum libris editum est, in quantum mores populorum differunt, habitus quoque discrepantissimus est, Alij lineis, alij laneis peplis uestiuntur: pars nudi, pars obscena tantum amiculati, plurimi etiam flexibilibus libris circumdati. Quidam populi adeo proceri, ut elephantos uelut equos, facillima insultatione transiliant. Plurimis placet, neque animal occidere, neque uesci carnibus. Plerique tantum piscibus aluntur, & e mari uiuunt. Sunt qui proximis, parentesque priusquam annis, aut aegritudine in maciem eant, ante uelut hostias cadunt, deinde peremptorum uiscera epulas habent: quod ibi nō sceleris, sed pietatis loco numerant. Sunt etiam qui cum incubuere morbi, procul a caeteris in secreta abeunt, nihil anxie mortem expectantes. Aspagonū gens laureis uiret syluis, lucis buxeis. Vitium uero, & arborū uniuersarū, quibus gratia dulcis est, prouentibus copiosissima. Philosophos habent Indi, Gymnosophistas uocant, qui ab exortu ad usque Solis occasum contentis oculis orbem candentissimi sideris cōtueantur in globo igneo, rimantes secreta quaedam, arenisque feruentibus perpetem diem alternis pedibus insistant. Ad montem qui Milo dicitur, habitant quibus auersae plantae sunt, & octo ni in plantis singulis digiti. Megasthenes per diuersos Indiae montes esse scribit nationes capitibus caninis, armatas unguibus, amictas uestitu tergorū, ad sermonem humanū nulla uoce, sed latratibus tantum sonantes, asperis rictibus. Apud Ctesiam legitur quasdam foeminas ibi semel parere, natosque

tosq; canos illico fieri. Esse rursus gentem alteram, quæ in iuuentute sit cana, nigrescat in senectute, ultra æui nostri terminos perenante. Legimus Nonoscelos quoq; ibi nasci singulis cruribus, & singulari pernitate: qui ubi defendi se uelint à calore, resupinati platarũ suarũ magnitudine in umbratur. Gãgis fonee qui accolunt, nullius ad escã opis indigent. Odore uiuunt pomorũ syluestriũ, longiusq; pergentes eadẽ illa in præfidio gerunt, ut olfactu alantur. Quod si tetriorem spiritũ fortè traxerint, examinari eos certũ est. Perhibent esse & gentẽ foeminarũ, quæ quinquennes cõcipiunt, sed ultra octauũ annũ uiuendi spacium non protrahunt. Sunt qui ceruicibus carent, & in humeris habent oculos. Sunt qui syluestres, hirti corpora, caninis detibus, stridore terrifico. Apud eos uerò quibus ad uiuendi rationẽ propesior cura est, multæ uxores in eiusdẽ uiri coeunt matrimoniũ: & cũ maritus decesserit, apud grauissimos iudices suam quæq; de meritis agunt causam: et quæ officiosior cæteris sententia uicerit iudicatiũ, hoc palmæ refert præmiũ, ut arbitrato suo ascendat rogũ coniugis, & supremis eius semetipsam det inferias: cæteræ nota uiuunt. Enormitas in serpentibus tanta est, ut ceruos, & animantium alia ad parem molem tota hauriant, quin etiã Oceanũ Indicũ quãtus est penetrèt, insulasq; magno spacio à continenti separatas, pabulandi petant gratia. Id quæ ipsum palàm est potentia amplissimæ magnitudinis fieri, ut per tantã salititudinẽ ad loca pmeet destinata. Sunt illic multæ ac mirabiles bestia, quarũ è multitudine & copia partem persequemur. Leucrocota uelocitate præcedit feras uniuersas. Ipsa asini magnitudine,

tudie, cerui clunibus, pectore ac cruribus leoninis, capi-
 te camelino, bisulca ungula, ore adusq; aures deb. scete,
 dentiũ locis ossi perpetuo. Hoc quo ad formam. Voce au-
 tem loquentium hominum sonos amulatur. Est & Eale,
 alias ut equus, cauda uerò elephanti, nigro colore, ma-
 xillis aprinis, præferēs cornua ultra cubitalē modũ lōga,
 ad obsequium cuius uelit motus accōmodata. Neq; enim
 rigent, sed deflectuntur ut usus exigit præliandi. Quorũ
 alterum cū pugnat, protēdit, alterum replicat, ut si ictu
 aliquo alterius acumen obtusum fuerit, acies succedat
 alterius. Hippopotamis comparatur, & ipsa sanè a quis
 fluminum gaudet. Indicis tauris color furius est, uolucris
 pernitas, pilus in contrarium uersus, hiatus omne
 quod caput. Hi quoq; circūferūt cornua flexibilitate qua
 maluit, tergi duritia omne telũ respuētes, tā immiti fero-
 citate, ut capti animas proyiciāt furore. Māricora quoq;
 nomine inter hæc nascitur, triplici dētiũ ordine coēunte
 uicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo
 colore, corpe leonino, cauda ueluti scorpionis aculeo spi-
 culata. Voce tam sibilã, ut imitetur fistularũ modulos, tu-
 barumq; cōcēiũ. humanas carnes auidissimè affectat: pe-
 dibus sic uiget, saltu sic potest, ut morari eã nec extentis-
 sima spacia possunt, nec obstacula latissimã. Sunt præter-
 ea boues unicornes & tricorne, solidis unguis, nec bi-
 fidis. Sed atrocissimũ est Monoceros, monstrum mugitu
 horrido, equino corpore, elephãti pedibus, cauda suilla,
 capite ceruino. Cornu è media eius fronte protenditur,
 splendore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor, ita
 acutũ, ut quicq; impetat, facilè ictu eius pforetur. Viuus
 non uenit

non uenit in hominum potestate, & interim quidē potest, capi nō potest. Aquæ etiā gignūt miracula nō minora. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Cæges, quæ Statius Sebostus inter præcipua miracula ait uermibus abūdere, cæruleis nomine & colore. Hi bina habent brachia, longitudinis cubitorū nō minus s̄ nūm: ad rō robustis uiribus, ut elephantos ad potum uentitantes, mordicus cōprehensos ipsorū manurapiant in profundū. Indica maria Balenas habent, ultra spatia quatuor iugerū. Sunt & quos Physeteras nūcupāt, qui enormes ultra molē ingentiū colūnarū, super antēnas se nauū extollūt, haustosq; fistulis fluctus ita eructāt, ut nimbofa alluue plerūq; deprimāt alueos nauigantium. Sola india mittit Psitacū auē, colore uiridi, torque puniceo: cuius rostrū tāta duritia est, ut cum è sublimi præcipitatur in saxū, nisu se oris excipiat, & quodā quasi præsidio utatur extraordinariæ firmitatis. Caput uerò tā ualēs, ut si quādo ad discēdū plagis sit admonēdus (nam studet, ut quod homines loquatur) ferrea clauicula sit uerberādus. Dū pullus est, atq; adeo intra alterū ætatis suæ annū, quæ mōstrata sunt, & citius discit, & tenacius retinet, Maior paulo segnior est, & obliuiosus, & indocilis. Inter nobiles & plebeios discretionē digitorū fecit nūerus. Qui præstāt, quinque in pede habēt digitos, cæteri ternos. Līgua lata, multoq; latior, quā cæteris auibus: unde perficitur, ut articulata uerba penitēti loquatur. Quod ingeniū ita Romæ deliciæ miratæ sunt, ut Barbari psitacos mercē facerint. Indorū nemora itā p̄cerā sublimātur excelsitatē, ut trāsaci ne sagittis quē possint. Pomaria sic habēt, quarū

caudicis

caudices in orbē sp̄icio sex igitā passū extuberātur. Ramorū umbræ ambitu bina stadia cōsumūt. Foliorū latitudo formæ Amozonicæ pelte cōparatur. Pomū eximie suauitatis. Quæ palustria sunt, arūdmē creāt ita crassam, ut fissis internodijs, lēbi uice uectitet nauigātes. E' radicibus eius exprimitur humor dulcis ad melleā suauitatē. Tylos, Indiæ insula est. Ea fert palmas, oleas creat, uineis abūdat. Terras omnes hoc miraculo sola uincit, quòd quæcunq; in ea arbor nascitur, nūquā caret folio. Mōs Caucasus inde incipit, qui maximā orbis partem perpetuis iugis penetrat. Idem fronte qua soli est obuersus, arbores piperis ostentat, quas ad iuniperi similitudinem diuersos fructus edere asseuerāt. Eorū qui primus erumpit, uelut corylorum fimbria, dicitur Piper longum. Quod incorruptum est, Piper album. Quorum cutem rugosam & torridam calor fecerit, Piper nigrum. Qui demum caducus torretur feruido sole, uocamen trahit de colore. Atqui ex ipsa arbore stringitur, ut est, albū piper dicitur. Sed ut piper sola India, ita & Hebenum sola mittit, nec tamen uniuersa, uerūm exigua sui parte syluis hoc genus edit. Arbor est plerunque tenuis, & frequentior, uimine raro in crassitudinē caudicis extuberata, hiulco cortice, & admodū reticulato, dehiscētibus uenis, adeò ut per ipsos sinus pars intima uix tenui libro contegatur. Lignū omne atq; mediale eadem fermè & facie, & nitore, qui est in lapide Gagate. Indi reges ex eo sceptrā sumunt, & quascunq; deorum imagines non nisi ex hebeno habent, lidem ferunt materia ista liquorem non contineri noxium, & quicquid maleficum fuerit, tactu eius auerti. Hac gratia

pocula

pocula ex Hebeno habet. Ita nihil mirum si peregre sit in
 pretio, quo etiã ipsi quibus prouenit, honoratur. Hebenũ
 ex India Romæ Muhridatico triumpho primũ Magnus
 Pompeius exhibuit. Mittit India & calamos odoratos, po
 tentes aduersum intestinae egritudinis incommoda. Dat
 & multa alia fragrantia, mirifici spiritus suauitate gra
 ta. Indicorum lapidum in Adamantibus dignitas prima,
 utpotè qui lymphationes abigant, uenenis resistat, pauitã
 tium uanos metus pellant. Hæc primũ de ijs prædicari
 oportuit, quæ respicere ad utilitatẽ uidebamus. Nunc red
 demus, quo, quæ ue Adamantum sint species, & quis co
 lor cuiq; ximius. In quodam Crystalli genere inuenitur
 materia, in qua nascitur ad aquæ similis splendorem liqui
 dissimũ, in mucronem sexangulũ utrinq; secus leuiter tur
 binatus, nec unquam ultra magnitudinem nuclei auella
 nae repertus. Huic proximus, in excellētissimo auro depre
 heditur pallidior, ac magis ad argenti colorẽ renitens.
 Tertius in uenis Cypri apparet, ppior ad æreã faciẽ, &
 plurimũ ualet in medicamine, qui Siderites appellatur.
 Quartus in metallis ferrarijs legitur, pondere cæteros
 antecedens, nõ tamen & potestate. Nam & hic, & qui
 in Cypro deprehenduntur, frangi queunt, pleriq; etiã Ada
 mante altero perforatur. At illi quos primos diximus, nec
 ferro uincuntur, nec igni domantur. Verũtamẽ si diu san
 guine hircino macerentur, nec aliter, quàm si calido, uel
 recenti, uel malleis aliquot antè fractis, & incudibus dis
 sipatis, aliquando cedunt, atq; in particulas dissiliunt. Quæ
 fragmenta scalptoribus in usum insigniẽdæ cuiuscũq; mo
 di gemmæ expetuntur. Inter Adamantẽ & Magnetem est
 quedã

quedā naturæ occulta diffusiō, adeò ut iuxtā positus nō
 sinit Magnetē rapere ferrum: uel si admotus Magnes
 ferrum traxerit, quasi prædam quandam quicquid Ma-
 gneti hæserit, Adamas rapiat atq; auferat. Lychniē de-
 de fert India, cuius lucis uigorem flagrantia excitat. lu-
 ceruarium, qua ex causa λυχνίττω Græci uocauerūt Du-
 plix ei facies, aut in purpureā emicat claritatē, aut merca-
 eius suffunditur cocci rubore. Per omne intimū sui, si qui-
 dem pura sit, inoffensam admittit perspicuitatem. At si
 excanduit radijs Solis incita, uel ad calorem digitorum
 attritu excitata est, aut palearum cassæ, aut chartarū fila
 ad se rapit, cō. uincaciter sculpturis resistens. Ac si quando
 insignita est, dum signa exprimit, quasi quodam animalī
 morsu partē ceræ retentat. Beryllōs in sexangulas formas
 Indi atterunt, ut heberem coloris leuitatem, angulorum
 repercussu excitent ad uigorem. Beryllorum genus diui-
 tur in speciem multifariā. Eximij interuirēte glauci &
 ceruli temperamēto, quandam præferūt puri maris gra-
 tiā. Infra hos sunt Chrysoberylli, qui languidius micātes
 aurea nube circumfundūtur. Chrysoprasos quoq; ex auro
 & Porraceo mixtam lucem trahentes, æquē Beryllorum
 generi adiudicārūt. Hyacinthizontas, scilicet qui hyacin-
 thos propè referant, & ipsos probant. Eos uerò, qui
 Crystallo similes, capillamentis intercurrentibus obscu-
 rantur (hoc enim uitio illorum nomen est) scientissimi la-
 pidum plebi dederunt. Indici reges hoc genus gemma-
 rum in longissimos Cylindros amant fingere, eosq; per-
 foratos elephantorum setis subligantes, monilia habent,
 aut plerunq; ex utroq; capite insertis aureis umbilicis,

ut

ut marcentem faciem ad nitelam incendant pinguiore,
quo per industriam metallo hinc inde addito, fulgentio
rem trahunt lucem.

DE TAPROBANE INSVLA, ET

qua ratione primùm innotuerit. Quis illic naviga-
tio. Quis gentis eius mos in rege eligendo. Item
de Conchis, Margaritis, Vnionibus.

Cap. LVI.

TAprobanen insulam, antequam temeritas humana
exquisito penitus mari fidem paderet, diu orbem al-
terum putauerunt, & quidē eum, quem habitare Anti-
chthones crederentur. Verum Alexandri Magni uirtus
ignorantiā publici erroris non tulit ulterius permanere,
sed in hac usq; secreta propagauit nominis sui gloriam.
Missus igitur Onesicritus præfectus classis Macedonicæ,
terrā istam quanta esset, quid gigneret, quomodo habe-
retur, exploratam notitiæ nostræ dedit. Patet in longitu-
dinem stadiorum septem millium, in latitudinē quinque
milliū. Scinditur amne interfluo. Nā pars eius bestiis &
elephantis repleta est, maioribus multò quàm quos fert
India. Partem homines tenent. Margaritis scatet, &
gemmis omnibus. Sita est inter ortum & occasum. Ab
Eoo mari incipit, prætenta Indiæ. A Prasiana Indorum
gente, dierum uiginti primò in eam fuit cursus, sed cum
papyraceis & Nili nauibus illò pergeretur: mox cur-
su nostrarum nauium septem dierum iter factum est.
Mare uadosum interiacet altitudinis non amplius se-
nùm passuum, cæcis autem canalibus adeò altum, ut
nullæ unquam ancoræ ad profundi illius ima potue-
rint

rint peruenire. Nulla in nauigando syderum obseruatio. Nam neq; Septentriones illic cōspiciuntur, nec Vergiliæ unquā apparent. Lunā ab octaua in sextamdecimā tārū supra terram uident. Lucet ibi Canopos, sidus clarum & amplissimū. Solem orientem dextra habent, occidentē sinistra. Obseruatione itaq; nauigādi nulla suppetēte, per quam ad destinata pergentes, locum capiant: uehūt alites, quarum meatus terram petentium, regendi cursus magistros habent. Quaternis non amplius mensibus in anno nauigatur. Adusq; Claudij principatum de Taprobane hæc tantū noueramus. Tunc enim fortuna patefecit scientiæ uiam latiore. Nam libertus Annij Plocami, qui tunc Rubri maris uectigal administrabat, Arabiā petēs, Aquilonibus præter Carmaniā raptus, quintodecimo demum die appulsus est ad hoc littus, portumq; inuectus, qui Hippuros nominatur. Sex deinde mensibus sermonem perdoctus, admissusq; ad colloquia regis, quæ cōpererat, reportauit: stupuisse scilicet regē pecuniā, quæ capta erat cum ipso, quòd tametsi signata disparibus foret uul-tibus, parem tamen haberet modum ponderis. Cuius equalitatis contemplatione, cum Romanā amicitia flagrātius cōcupisceret, Rachia principe legatos adusque nos misit, à quibus cognita sunt uniuersa. Ergo ijdem homines corporū magnitudine alios omnes antecedunt. Crines fūco imbuunt, cæruleis oculis, truci uisu, terrifico sono uocis. Quibus immatura mors est, in annos centum æuum trahunt. Alijs omnibus annosa ætas, & penè ultra humanam extenta fragilitatē. Nullus aut ante diem, aut per diem somnus. Noctis partem quieti destinant. Lucis ortū

uigilia

uigilia anteuertūt. Aedificia modicè ab humo tollūt. An-
 nona semper eodē tenore est. Vites nesciunt. Pomis abun-
 dant. Colunt Herculē. In regis electiōe nō nobilitas præ-
 ualet, sed suffragiū uniuersorū. Populus enim eligit spe-
 ctatum moribus, et inueterata clemētia, et iā annis gra-
 uem. Sed hoc in eo quæritur, cui liberi nulli sint. Nā qui
 pater fuerit, etiā si uita spectatus sit, nō admittitur ad re-
 gnādum. Ac si fortè dum regnat, pignus sustulit, exuitur
 potestate. Idq; eò maximè custoditur, ne fiat hæreditariū
 regnū. Deinde etiam si res maximā præferat æquitatem,
 nolūt ei totū licere. Quadraginta ergo rectores accipit,
 ne i causis capitū solus iudicet. Et sic quoq; si displicuerit
 iudicatū, ad populū puocatur. A quo datis iudicibus septua-
 ginta fertur sentētia, cui necessariò acquiescitur. Cultu rex
 dissimili à cæteris, uestitur sirmate, ut est habitus quo Li-
 berū patrē amiciri uidemus. Quòd si etiā ipse in peccato
 aliquo argutus sit, ac reuictus, morte multatur. Nō tamē
 ut cuiusquā attrectetur manu, sed consensu publico rerū
 omniū interdicitur ei facultas: etiā colloquiij potestas pu-
 nito negatur. Cultura studēt uniuersi. Interdū uenatibus
 indulgent, nec plebeias agūt prædas, quippe cum Tigri-
 des aut Elephāti tantum requirātur. Maria quoq; piscas-
 tionibus inquietāt, marinasq; testudines capere gaudēt,
 quarū tāta est magnitudo, ut superficies earum domū fa-
 ciat, et numerosam familiam non arctè receptet. Maior
 pars insule huius calore ambusta est, et in uastas desinit
 solitudines. Latus eius mare alluit peruiridi colore fru-
 ticosum, ita ut iube arborum plerunq; gubernaculis at-
 terantur. Cernūt latus Sericum de montium suorū iugis.

M

Mirantur

Mirantur aurum, & ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibent apparatus. Secant marmora te-
 studineca uarietate. Margaritas legunt plurimas, ma-
 ximasq;. Conchæ sunt, in quibus hoc genus lapidum
 equiritur, quæ certo anni tempore luxuriante con-
 ceptæ, sitiunt rorem uelut maritum, cuius desiderio
 hiant. Et cum lunares maximè liquuntur aspergines,
 oscitatione quadam hauriunt humorem concupitum. Sic
 concipiunt, grauidæq; fiunt, & de saginæ qualitate
 reddunt habitus Vnionum. Nam si purum fuerit quod
 acceperint, candicant orbiculi lapillorum. si turbi-
 dum, aut pallore languescunt, aut rufò innubilantur. Ita
 magis de celo, quàm de mari partus habent. Denique
 quoties excipiunt matutini aëris semen: fit clarius
 margaritum: quoties uespere, fit obscurius. Quantoq;
 magis hauserit, tãtò magis proficit lapidum magnitu-
 do. Si repentè micauerit coruscatio, intempestiuo me-
 tu comprimuntur, clausaq; subita formidine, uitia con-
 trahunt abortiuæ. Aut enim per paruuli fiunt scrupu-
 li, aut inanes. Conchis ipsis inest sensus, partus suos ma-
 culari timent. Cumq; flagrãtoribus radijs excandue-
 rit dies, ne fuscantur lapides solis calore, subsidunt, &
 se profundis ingurgitant, ut ab æstu uindicentur. Huic
 tamen providentiæ atas opitulatur. Nam candor se-
 nectæ disperit, & grandescuntibus Conchis flauescunt
 Margaritæ. In aqua mollis est Vnio, duratur euisce-
 ratus. Nunquam duo simul reperiuntur: unde Vnionibus
 nomen datum. Ultra semunciales inuentos negant. Piscan-
 tium insidias timent Conchæ: inde est, ut aut inter
 scepules,

scopulos, aut inter marinos canes plurimum delitescant. Gregatim natant. Certa examini dux est. Illa si capta sit, etiam quæ euaserint, in plagas reuertuntur. Dat & India Margaritas. Dat & littus Britannicum, sicut diuus Iulius thoracem, quem Veneri genitrici in templo eius dicauit, è Britannicis margaritis factum, subiecta inscriptione testatus est. Lolliam Paulinam Caij principis coniugem uulgatum est habuisse tunicã ex margaritis, sestertio tunc quadringenties æstimatam. Cuius parandæ auaritia pater ipsius M. Lollius, spoliatis orientis regionibus, offendit Caium Cæsarem Augusti filium, interdictaq; amicitia principis ueneno interijt. Illud quoq; expressit uetus diligentia, quòd Syllanis primum temporibus Romam illati sunt Vniones.

Indicum itinerarium. Cap. LVII.

AB insula Ausea consequens est ad continentem. Igitur à Taprobane Indiam reuertamur. conuenit enim res Indicas uidere. Sed si Indicis aut urbibus, aut nationibus insistamus, egrediemur propositæ cõcinnitatis modũ. Proximã Indo flumini urbẽ habere Capissam, quam Cyrus diruit. Arachosia Hermãdo flumini impositã Semiramis cõdidit. Cadrusia oppidũ ab Alexãdro Magno ad Caucosum cõstitutũ est, ubi & Alexandria, quæ patet amplius stadia triginta. Multa & alia sunt, sed hæc cũ eminentissimis. Post Indos möranas regiones Ichthyophagi tenēt, quos subactos Alexãder Magnus nesci piscibus uetuit, nã antea sic alebantur. Ultra hos de-

serta Carmania, Persis deinde, atque ita nauigatio, in qua Solis insula rubes semper, & omni animantium generi inaccessi, quippe quæ nullum non animal illatum necet. Ex India reuertentes ab Hytani Carmanuia flumine septentriones primum uident. Archemenidis in hac plaga sedes fuerunt. Inter Carmania promontorium & Arabiam quinquaginta millia passuum interiacent, deinde tres insulae, circa quas Hydri marini egrediuntur uicenum cubitorum longitudine. Dicendum hoc loco, quatenus ab Alexandria Aegypti pergatur usq; in Indiam. Nilo uehente, Copton usque Etesijs flatibus cursus est, Deinde terrestre iter Hydreum tenus. Post transactis aliquot mansionibus, Berenicen peruenitur, ubi Rubri maris portus est. Inde Ocelis Arabiae portus tangitur. Proximū Indiae emporium excipit Muzirum, infame piraticis latronibus. Deinde per diuersos portus Cottonarae succeditur, ad quam monoxylis linitibus Piper conuehunt. Petentes Indiam, ante exortum canis, aut protinus post exortum nauigia media aestate soluunt. Reuertentes nauigant Decembri mense. Secundus ex India uentus est Vulturnus, At cum uentum est in Rubrum mare, aut Africus, aut Auster uehunt. Spacium Indiae decies septies centena & quinquaginta millia passuum proditur. At Carmania centum milia, cuius pars non caret uittibus. Præterea habet genus hominum, qui non alia quàm testudinis carne uiuunt, hirsuti omnia facie tenuis, quæ sola leuis est. Iidem corijs piscium uestiuntur, Chelonophagi cognominati.

DE SINU PERSICO, ATQVE ARABICO, deq; Azanio mari. Cap. LVIII.

IRrumpit hæc littora Rubrum mare, idq; in duos sinus Iscinditur. Quorum qui ab oriëte est, Persicus appellatur, quandoquidem oram illam habitauere Persidis populi, uicibus & sexagies centena millia passuum circuitu patens. Ex aduerso unde Arabia est, alter Arabicus uocatur. Oceanum uerò qui ibi influit, Azanium nominarunt. Carmanie Persis annectitur, quæ incipit ab insula Aphrodisia, uariarum opum diues, tralata quondam in Parthicum nomen, littore quo occasui obiacet, porrecta in millia passuum quinquaginta. Oppidum eius nobilissimum Susa, in quo templum Susiæ Diane. A Susis Babytace oppidum centum trigintaquinque millibus passuum distat, in quo mortales uniuersi odio auri coëmunt hoc genus metalli, & abiiciunt in terrarum profunda, ne polluti usu eius, auaritia corrumpant equitatem. Hic inconstantissimus est terrarum modus, nec immeritò, cum aliæ circa Persida nationes schoënis, aliæ parasangis, aliæ incomperta disciplina terras metiantur, & incertâ fidem faciat mensuræ ratio discors.

DE PARTHIA, ET CYRI SEPULCRO. Caput LIX.

Parthia quanta omnis est, à meridie Rubrum mare, à Septentrione Hyrcanum saltum claudit. Regna in ea duodeuiginti dissecantur in duas partes. Undecim quæ
M **S** . dicuntur

dicuntur superiora, incipiunt ab Armenio limite, & Caspio littore porrecta ad terram Scytharū, quibus cōcorditer degunt. Reliqua septem inferiora (sic enim uocantur) habet ab ortu Arios Arianosque, Carmaniam à medio die, Medos ab occidui Solis plaga, à septentrione Hyrcanos. Ipsa autē Media ab occasu transuersa, utraque Parthiæ regna amplectitur. A septentrione Armenia circumdatur. Ab ortu Caspios uidet. A meridie Persidem. Deinde tractus hic procedit usque ad castellum, quod Magi obtinent Passargada nomine. Hic Cyri sepulcrum.

DE BABYLONE, DE ATLANTICO

Oceano, De Gorgonum, ac Fortunatis insulis.

Cap. LX.

Chaldeæ gentis caput Babylon est, à Semiramide condita, tam nobilis, ut propter eam & Assyrii, & Mesopotamii in Babylonie nomen transferunt. Vrbs est sexaginta millia passuum circuitu patens, muris circumdata, quorum altitudo ducentos pedes detinet, latitudo quinquaginta, in singulos pedes ternis digitis ultra quam mensura nostra est altioribus, amne interluitur Euphrate. Beli ibi Iouis templum, quem inuentorem cælestis discipline tradidit etiam ipsa religio, quæ deum credit. In æmulationem urbis huius Ctesiphontem Parthi condiderunt. Tempus est ad Oceani oras reuerti, represso in Aethiopiam stylo. Ninq; ut Atlanticos aestus occipere ab occidente & Hispania dudum dixeramus, ab his quoq; partibus mundi,

Mandi, unde primū Atlantici nomen induat, exprimi potest. Pelagus Azanium usq; ad Ethiopū littora promotur, Ethiopicum ad Mossilicum promontorium, unde rursus oceanus Atlanticus. Iuba igitur uniuersę partis, quam plurimi propter solis ardorē peruiam negauerunt, facta etiam uel gentiū uel insularū commemoratione ad confirmandę fidei argumentū, omne illud mare ab India usq; ad Gades uoluit intelligi nauigabile, Cori tamen flatibus, cuius spiritus præter Arabiam, Aegyptū, Mauritaniam euehere quamuis queat classē, dummodo ab eo promontorio Indię cursus dirigatur, quod alij Leptanacran, alij Drepanum nominauerunt. Addidit et stationū loca, et spaciōrū modum. Nam ab Indica prominētia ad Malachum insulā, affirmat esse quindecies cetera millia passuum, à Malacho ad Sceneō ducenta uiginti quinque millia. Inde ad Insulam Sadanum centum quinquaginta millia. Sic cōfici ad apertum mare decies octies centena et septuaginta quinque millia. Idem opinioni plurimorum, qui ob solis flagrantiam, maximam partem istius regionem ferūt humano generi inaccessam, sic reluctatur, ut mercantium ibi transitus infestari ex Arabicis insulis dicant, quas Ascitæ habent Arabes, quibus è renata datū nomen est. Nam bubulis utribus contabulatas crates superponunt, uectatq; hoc ratis genere prætereuntes impetunt sagittis uenenatis. Habitari etiam Ethiopię adusta Troglodytarum et Ichthyophagorum nationibus, quorum Troglodytæ tanta pernicitate polleant, ut feras quas agitant, cursu pedum assequantur. Ichthyophagi non secus quàm marina bel-

luenando in mari ualent. Ita exquisito Atlantico mari, usq; in occasum, etiam Gorgonũ meminit insularũ. Gorgones insula, ut accepimus, obuersa sunt promotorio, quod uocamus Hesperionceras. Has incoluerunt Gorgones mōstra, et sanè adhuc monstrosa gēs habitat. Distant à continenti bidui nauigatione. Prodidit denique Xenophon Lampfacenus, Hannonem Pœnorum regem in eas permeauisse, repertasq; ibi foeminas alicui pernicitate: atq; ex omnibus quæ apparuerāt, duas captas tam hirto atque aspero corpore, ut ad argumentum spectande rei, duarum cutes miraculi gratia inter donaria Iunonis suspenderit, quæ durauere usq; in tempora excidij Carthaginensis. Ultra Gorgonas Hesperidum insula, sicut Sebosus affirmat, dierũ quadraginta nauigatione in intimos maris sinus recesserūt. Fortunatas ïsulas cōtra leuā Mauritaniæ tradūt iacere, quas Iuba sub meridie quidē sitas, sed proximas occasui dicit. De harum nominibus expectari magnum mirum reor, sed infra famam uocabuli res est. In prima earum, cui nomen est Ombriō, edificia nec sunt, nec fuerunt. Iuga montium stagnis madescunt. Ferulae ibi surgunt ad arboris magnitudinem. Earum quæ nigrae sunt, expressæ liquorem reddunt amarissimum. Quæ candidæ, succos reuomunt etiam potui accommodatos. Alteram insulam Iunoniam appellari ferunt, in qua pauxillæ ædes ignobiliter ad culmen fastigiata. Tertia huic proxima eodem nomine, nuda omnia. Quarto loco Capraria appellatur, enormibus lacertis plus quàm referta. Sequitur Niuarina aëre nebuloso, et coarctato, ac propterea semper niualis. Deinde Canaria, repleta

pleta canibus, forma etiam emmētissimis: inde etiam duo
 exhibiti Iuba regi. In ea edificiorum durant uestigia.
 Auium magna copia, nemora pomifera, palmeta Caryo-
 tas ferentia, multa nux pinea, larga mella, amnes Siluris
 piscibus abundātes. Perhibent etiam expui in eam
 undoso mari belluas: deinde cum monstra illa
 putredine tabefacta sunt, omnia illic infu-
 ci tetro odore, ideoq; non penitus
 ad nuncupationem suam
 congruere insularum
 qualitatem.

C. Iulij Solini Polyhistor, rerum toto orbe me-
 morabilium thesaurus locupletissimus finit.

Index fingulo-

rum capitū huiusce libri, qui C. Iu-
lij Solini Polyhistor inscribi-
tur, siue rerum orbis me-
morabilium Col-
lectanea.

C. Iulij Solini uita, per Ioannem Camertem.	pag. 3.
C. Iulij Solini in Polyhistora præfatio, ad Autium suum.	pag. 8
De origine urbis Romæ.	cap. 1. pag. 11
De consecratione urbis.	cap. 2. pag. 13
De diuisione anni, & diebus intercalaribus.	ca. 3. pa. 19
De homine, & partu eius, deq; prodigiosæ fortitudinis uiris, & Alcetorio lapide.	cap. 4. pag. 26
De similitudine formæ, & corporum proceritate: deq; mēsurā hominis, & de functorū pudore.	ca. 5. pag. 33.
De uelocitate, uisu, & fortitudine.	cap. 6. pag. 37
De memoria, de uoce adempta, & adepta, de morum lau- de, de eloquentia, de pietate, de pudicitia, & felici- tate.	cap. 7. pag. 40.
De Italia, & eius laudibus, de q; peculiaribus multis quæ in ea reperiuntur.	cap. 8. pag. 45
De Corsica, & Catochite lapide.	cap. 9. pag. 56
De Sardinia, de solifuga, de sardoniam herba, de admiran- dis aquarum uiribus.	cap. 10. pag. 56
	De Sicilia

I N D E X.

- De Sicilia & Peloriade terra, & de aquis memorandis,
& montibus. cap. 11. pag. 58
- De insulis Vulcanijs. cap. 12. pag. 63
- Ex tertio Europæ sinu, Epeirus, Ætolia, Peloponnesus,
Attica, Bœotia, Phocis: multa insulæ, & in his me-
moranda omnia. cap. 13. pag. 63
- De Thessalia, & Magnesia, & altissimis montibus, &
Philippo Macedonum rege, cui alter oculus ad Me-
thonem erutus est. cap. 14. pag. 69
- De Macedonia, & regum successione, ac pernice Lapi-
de. cap. 15. pag. 70
- Thracum mores, & instituta, & provincie situs ac na-
tura. cap. 16. pag. 74.
- Insulæ, Claros, cuius facies Ægæo mari nomē dedit, Cy-
thera, Creta, in qua multa referuntur, quæ tum ad
animalium omnium genera, tum ad plātas pertineāt.
Carystos, cum aquis Hellopijs mirè salubribus. Cyclā-
des, Sporades, Atho montis umbra. cap. 17. pag. 77
- De quarto Europæ sinu, Hellespōtus, Propontis, Bospho-
rus Thracius, & mira de Delphimis. cap. 18. pag. 82
- De Istro, Hypani, & Borusthene fluuijs, & Scythia par-
te, & de memorandis ferè omnibus quæ in his nascā-
tur locis. cap. 19. pag. 85
- De Hypani, & Borusthene. cap. 20. pag. 85
- De Hyperboreis, & Rhiphæis, Cimmerijs, & Hyrcanis,
& Tigribus, Leonibus, & Pacheris. cap. 21. pa. 91.
- De ortu marium internorum, de insula Apollimitarum.
de spatijs inter Scythas & Indos, de formis hominū,
de ceruis, & Tragelaphis. cap. 22. pag. 94.
- De Germanis

I N D E X.

- De Germania, de quibus Hercinijs, Bisontibus, & Vris de Alcibus, & insulis Oceani septentrionalis, ac de succino, lapide Callaite, & Cerauniarū generibus.**
cap. 23. pag. 97.
- De Gallia, unde in uniuersum orbem aditus patet. Et de oleo medico.**
cap. 24. pag. 99
- De Britannia, & lapide Satage.**
cap. 25. pag. 100
- De Hispania, Gaditano freto, interno mari, & Occasno.**
cap. 26. pag. 103
- De Libya, hortis Hesperidū, monte Atlante. c. 27. pa. 107**
- De Mauritania, de elephantis.**
cap. 28. pag. 109
- De Numidia, & in ea ursis.**
cap. 29. pag. 112
- De Africa, & de omnibus in ea memoria dignis.** cap. 30.
pag. 113.
- De Hammanientum gente, de quibus in ea domibus sale constructis.**
cap. 31. pag. 123
- De Garamantibus, de quibus miro apud eosdem fonte.** cap. 32
pag. 123.
- De Æthiopia, de eius regionis hominum obscænis moribus, ac eorundem hominum monstrosis formis, de draconibus, mira quibus naturæ ibidem feris alijs, de cinamomo aromate, de quibus Hyacintho lapide.** cap. 33
pag. 125.
- Mira de intimis gentibus Libyæ, de lapide Hexecontalitho.**
cap. 34. pag. 130
- De Ægypto, de Nili fluminis origine, augmento, ostijs, de Api boue, de Crocodilis, Trochilo aue, Scincis, Hippopotamis, Ibide aue, de miris Ægypti arboribus, de Alexandria, de Pyramidibus.** cap. 35. 131
- De Arab**

I N D E X.

- De Arabia, & in ea Thure, & myrrha, de Phœnice ac
Cinnamolgo auibus, deq; Arabum moribus, de lapia
dum preciosorum generibus. cap. 36. pag. 138
- De Casio monte, de Pompeij magni sepulcro, deq; Ioppæ
oppido. cap. 37. pag. 142.
- De Iudæa, & de fluminibus in ea, lacubusq; de Balsamo,
de Sodomo & Gomorro, de Essænis gentibus. cap. 38.
pag. 142
- De Scythopoli oppido, & monte Casio. cap. 39. pag. 144
- De Euphrate & Tigride fluminibus, deq; uarijs gemma
rum generibus. cap. 40. pag. 145
- De Cilicia, & antro Coricio, deq; monte Tandro. ca. 41.
pag. 146.
- De Lycia, & Chimære monstri fabula. cap. 42. pag. 150
- De Asia minori, de Ephesie Dianæ templo, de Alexãdri
magni ortu, de inclytis Asiæ scriptoribus, de Phry
gia, de Bonaso quadrupede, de Homeri & Hæsiodi
temporibus, de Memnonijs auibus, de Chamæleonte
fera, de Ciconijs, deq; Galatarum origine. c. 43. pa. 151
- De Bithynia & Hylæ raptu, deq; Annibalis exitu ac sea
pulchro. cap. 44. pag. 155
- De ora pontica. cap. 45. pag. 156
- De Paphlagonia, & Venetorum origine. cap. 46. pa. 156
- De Cappadocia, & in ea equorum natura. ca. 47. pa. 157
- De Assyria, deq; unguentorum origine. cap. 48. pag. 160
- De Medica arbore. cap. 49. pag. 160
- De Caspijs portis. cap. 50. pag. 161
- De Direo, & Margiana regione. cap. 51. pag. 161
- De Oxo anne, & circa eum gentibus, de itinere Liberi
patris,

I N D E X.

- patris, Herculis, Semiramidis, & Cyri regis termino,
deq; Camelorum natura. cap. 52. pag. 162
- De Seribus, & serico uellere. cap. 53. pag. 164
- De Attacis gentibus. cap. 54. pag. 165
- De India, & Indorum moribus, de eius regionis coeli cle-
mentia, de India fluminibus, deq; miris in ea animalibus,
arboribus, odoramentorum generibus, de Indis
item preciosis lapidibus. cap. 55. pag. 165
- De Taprobane insula, & qua ratione primum innotue-
rit. Qualis illie nauigatio. Quis gentis eius mos in
rege eligendo. Item de Conchis, Margaritis, unioni-
bus. cap. 56. pag. 175.
- Indicum itinerarium cap. 57. pag. 179
- De sinu Persico, atq; Arabico, deq; Azanio mari. ca. 58.
pag. 181.
- De Parthia, & Cyri sepulcro. cap. 59. pag. 182
- De Babylone, de Atlantico Oceano, de Gorgonũ ac for-
tunatis insulis. cap. 60. pag. 182.

Finis Indicis omnium capitum Po-
lyhistoris C. Iulij Solini.

Regestum.

A B C D E F G H I K L M.

Omnes sunt quaterniones.

Lugduni

sumptu hæredum Simonis Vincentij
Mathias Bon home excudebat
anno publicæ salutis Mille,
fimo quingētesimo un-
dequadragesimo
Mēse Septēb.



LIBRO

En el nombre de Dios Amén
Yo el Rey por las cartas
de privilegio de sus antecesoros
reynos de Castilla y de Aragón
y de las islas y ciudades de
Indias, e de las partes de
ellos, e de las yndias que
descubiertas o descubriérense
en las dhas. Indias, e de
ellas, e de las cosas de ellas
que pertenecieren a su Magestad
de las dhas. Indias, e de
ellas, e de las cosas de ellas
que pertenecieren a su Magestad
de las dhas. Indias, e de
ellas, e de las cosas de ellas
que pertenecieren a su Magestad







5580

